

Google

DE
APPOSITIONIS APUD PLAUTUM ET TERENTIUM COLLOCATIONE.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE LITTERARIA FRIDERICIANA HALENSI CUM WITEBERGENSI CONSOCIATA

RITE IMPETRANDOS SCRIPSIT

ET UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS

DIE XX. M. JUNII ANNI MDCCCXCI. HORA XII.

PUBLICE DEFENDET

GUILELMUS ASMUS

SAXO-BORUSSUS.

ADVERSARII:

CAROLUS STEINWEG, DR. PHIL.


GUILELMUS SCHUESSLER, STUD. THEOL.



HALIS SAXONUM

FORMIS DESCRIPSERUNT C. A. KAEMMERER ET SOC.

MDCCCXCI.


HARVARD COLLEGE
JUL 13 1898
LIBRARY.

HENRICO KEIL
SACRUM.

De vi ac natura appositionis.

In hac dissertatione quaesiturus sum de ea syntaxeos parte, quae quam neglegenter atque inconstanter vulgo tractetur et definiatur ex libris grammaticorum non minus quam ex editorum commentariis elucet, de appositione. Quae sententiarum discrepantia ex ea re orta esse mihi videtur, quod ex nomine appositionis, quod, ut multa alia grammatica nomina, arbitrio quodam assumptum rem ipsam leviter modo tangit, cognoscere viri docti studuerunt quid esset appositio. Quo factum est, ut Handius (Lehrbuch des lat. Stils § 79) haec appositionis exempla proponeret: Homo est immortalis; multi homines; multi dicunt; valde bonus. Similia habet Etzlerus (Sprach-Erörtergg.): vir clarissimus; vir magni ingenii; erat ille omnium clarissimus; erat ille patriae decus; erat ille maximo ingenio. Uterque igitur non solum attributum, sed etiam praedicatum appositionem appellari posse statuit. Alii, ut Ramshornius, nullam in praedicato agnoscunt appositionem. Idem facere videtur Bernhardy (Wissensch. Synt. d. griech. Spr. 1829, 54 Anm. 93) qui appositionem, qualem vulgo definiunt, futilem doctrinam obsoletorum grammaticorum esse dicit. Atque optimo iure vir doctissimus generalem illam usurpandi rationem vituperat; nam quo consilio illae tam varii generis constructiones uno nomine comprehendantur non facile intellegitur. Immo nomen illud quin ob usus necessitatem ad certum compositionum genus designandum inventum sit dubitari non potest. Quae quales fuerint, primum quaeram.

Veteres grammatici, id quod nos appositionem appellamus, epexegesin vocasse videntur. Servius enim ad

Verg. Aen. VI. 7 sq ... pars densa ferarum

Tecta rapit silvas inventaque flumina monstrat.

adnotat: Ferarum tecta Epexegesis silvae*). Appositionis autem nomen primum apud Priscianum grammatica significatione adhibetur. Cuius de duplici usurpandi modo Thurot**) haec dicit: „Priscien, traduisant le grec *παράθεσις*, employait le mot *appositio* pour désigner la construction de la préposition avec un cas par opposition à *compositio* (*σύνθεσις*) (XIV. 1 et passim), et l'adjectif *appositivum*, pour qualifier un pronom de la troisième personne, particulièrement *ipse*, construit avec un pronom de la première ou de la seconde personne, comme *ego ipse, tu ipse, ille ego, tune ille Aeneas* (XVII. 144. 145)."

Verba Prisciani sunt haec***):

„cum de propriis igitur maxime singulorum (scil. pronominum) superius dictum est, nunc de communibus dicamus. *ipse* additivum vel appositivum dicitur, quod Apollonius *ἐπιταγματικόν* nominat, non quod solum hoc pronomen aliis pronominibus vel etiam nominibus apponitur, sed quod frequentius quam alia, ut *ego ipse*, *tu ipse*, *ille ipse*, *Vergilius ipse*, *Cicero ipse*. inveniuntur enim et alia pronomina appositiva [id est *ἐπιταγματικά*]: Virgilius:

Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena.

idem in bucolico:

Nec tuus hic Moeris, nec viveret ipse Menalcas

idem [in I]:

Tune ille Aeneas, quem Dardanio Anchisae
Alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undam?

per excellentiam igitur hoc pronomen, id est *ipse*, quasi proprium, quod commune est multorum, appositionis nomen

---

*) Cf. etiam Serv. ad Verg. Aen. II. 147.

**) Extraits de divers manuscrits latins pour servir à l'histoire des doctrines grammaticales au moyen âge par Ch. Thurot. Paris 1869. p. 254 sq.

***) Gram. lat. vol. III. p. 179.

possidet." Iam quaerendum est, quid in talibus compositionibus veteres ita offenderit, ut propria significatione opus esse putarent. Causam facile intellegere poteris, si ad ea verba respexeris, quibus Schoemannus (Redeteile 1862. p. 95) pronomen, nomen, adiectivum circumscripsit. In nomine enim substantivo docet inesse duas significationis partes, quarum alteram rem ipsam, alteram attributum exprimere; perinde in pronomine alteram partem rem ipsam, alteram rationem eius significare; in adiectivo autem rei ipsius notionem deesse. Ex eis elucet maxime diversa esse substantivum cum adiectivo coniunctum et substantivum cum substantivo vel cum pronomine, vel pronomen cum pronomine coniunctum. Nam in illa coniunctione notio „rei" semel, in his bis exprimitur. Qua ratione facile exemplis illis Prisciani annectere possumus usum posteriorum grammaticorum. Recte quidem Thurot de illo Prisciani usu suspicatur: „C'est peut-être ce dernier passage qui a donné l'idée d'appeler *appositio* la construction d'un substantif comme qualitatif d'un autre substantif. Priscien ne connaît pas cette construction; car dans *filius Pelei Achilles* il sous-entend *ens,* ou *qui est* ou *qui fuit Pelei filius* (XVIII. 6). A la fin du XII[e] siècle on entendait par *appositio* la figure par laquelle un substantif qui signifie l'individu ou l'espèce qualifie celui qui signifie l'espèce ou le genre." Ita Alexander de villa Dei in doctrinali quod dicitur docet:

Apponens duplices substantivos sibi iunges.
In casu simili, poteritque genus variari.
Tunc illos ad rem spectare decebit eandem;
At plus communis precedere debet in istis,
Sicut *homo Sortes, animal capra,* consimilesque.

Quae scholiastae ad hoc praeceptum annotaverint afferre operae pretium non est. Ruddimannus (1823 vol. II. p. 35 ann. 73) sententiam Prisciani secutus appositionem esse duorum substantivorum in eodem casu per ellipsin *ens* participii coniunctionem censet. Post eum Jungclaussenus (de appositione Schleswig Prgr. 1839) rem diligenter tractavit. Qui postquam attributum ad substantivum duplici modo applicari posse, ut aut notionem addat, quae rei alicuius ita propria

sit vel propria esse cogitetur, ut ab ea sejungi nequeat aut eam, quae alia de causa atque ob relationem quandam rei attribuatur, docuit, in huius modi attributivis omnis appositionis syntacticae originem quaerendam ad eamque substantivorum appositionem esse referendam contendit. „Omnem itaque“ inquit „verborum coniunctionem, quae illam formam, qua attributiva se ad substantivum applicant, imitatur, appositionem appellandam esse censeo. Triplici vero modo hoc fieri solet. Etenim aut adiectivum et participium cum substantivo, aut substantivum cum substantivo aut denique aliae orationis partes cum integra enuntiatione forma attributiva coniungi possunt.“

In quibus illud verum est, quod appositio dicitur habere quandam ad verbum relationem; sed parum accurate adiectiva et substantiva non discernuntur.

Fuistingii de syntaxi convenientiae linguae latinae (Münster 1836) liber, mihi praesto non fuit. Sed Teipelius nov. ann. (Lps. 1840) vol. XXVIII. p. 297 sqq. censuram fecit. Ex ea haec cognovi. Fuistingius appositionem his verbis definit: „die Apposition ist eine Verbindung, welche ihrer Wesenheit nach zwischen der unmittelbaren und mittelbaren, zwischen der Konkretion und Kopulation liegt.“ Quae sententia non minus ambigua est, quam Teipelii est violenta. Is enim quodam modo Jungclausseno adversatur, cum dicit „so erklären wir sie für einen verkürzten Relativsatz, der einem Substantive oder substantivisch gebrauchten Ausdrucke ein anderes Substantiv oder einen andern substantivisch gebrauchten Ausdruck schlechthin (also ohne Beziehung einer adverbialen Bestimmung — z. B. einer Absicht, Folge, Bedingung) in demselben Kasus — die Ausnahmen sind leicht zu erklären — beigesellt.“

Non recte appositionis ambitum angustioribus finibus coercens, inter singula nimis subtiliter distinguit. Censura autem illa quae legatur digna est; nam optimam sententiarum, quae tum erant de appositione, conturbationis imaginem nobis proponit. Cui confusae rationi opponitur Schultzius, qui anno

1843 in prooemio Prenzlawiensi *de linguae latinae appositione* copiose et constanter egit. Is appositionem hoc modo definit: „Appositio sive Epexegesis ea est substantivi alicuius explicatio, quae fit per aliud substantivum nulla intercedente copula eodem casu subiectum.“ Eadem Kruegerus iam anno 1842 docuerat, quem secutus est Kuehnerus (1878). Sed tamen Fuistingium et Teipelium secutus Kruegerus *victor exercitus*, *Cicero consul* similiaque appositione facta esse negat; contra autem *Pompeius a militibus desertus* pro appositione habet. Etiam Schmalzius in elocutionibus ut *homo servus* attributa substantivi esse cum docet, eas ab appositionis ratione seiungit. Quam inconstantiam Schultzius bene evitavit. Sed priusquam rem accuratius explicem, Haasii sententiam afferre mihi liceat. Fines enim inter nomina substantiva et adiectiva cum valde fluctuent doctissimus ille vir (Vorlesgg. I. Lpzg. 1874 p. 211) inter attributum et appositionem discernere noluit eodem vitio in se admisso, quod supra Jungclausseno crimini dedi. Pro vulgari partitione Haasius substituit alteram. Nam omnia exempla substantivorum attributis affectorum, quorum in numerum refert etiam appositiones, ex ea ratione dividit, quomodo et quam arcte substantiva et attributa coniungantur. Tres autem coniungendi modos esse dicit, quos Inhaerenz, Cohaerenz, Adhaerenz vocat.

Sed ut omnes difficultates quae ex eo, quod adiectivi et substantivi fines parum certi sunt, oriuntur ad appositionem recte intellegendam tollamus, in mentem revocemus, quae de diversitate, quae est inter substantivum cum adiectivo coniunctum et substantivum cum substantivo coniunctum, supra dixi. Iam ponamus pro *nomine* substantivo *notionem* substantivam. Itaque appositionem his verbis definio: appositio ea est substantivae notionis explicatio, quae fit per aliam substantivam notionem nulla intercedente copula eodem casu subiectam. Itaque si nomen aliquod substantivum usurpatur pro adiectivo appositio dicenda non est; contra si adiectivum quoddam pro substantivo dicitur appositio recte appellatur.

Iam quaeramus qua ratione duae notiones substantivae

hoc modo componi potuerint. Cuius coniunctionis duritiam Prisciano auctore Ruddimannus aliique ellipsi quadam participii *ens* excusabant. Quam sententiam recte improbat Schultzius, qui ipse cum eis consentit, qui apposita nomina in eodem numero habenda esse volunt, quo adiectiva substantivis suis proxime coniuncta, nisi quod illa ne sic quidem suam substantivorum naturam ullo modo exuant. Sed hoc quoque minus recte dictum esse mihi videtur*). Nam adiectivum attributivum una cum substantivo suo cogitatur; quare illud lege ante substantivum, rarius post id ponitur. Apposita autem notio post substantivum primarium per se cogitatur et tum quidem, cum sententia enuntiati iam in animo versatur. Itaque omnia apposita quodam modo ad totum enuntiatum vel ad verbum finitum referuntur. Quod probatur hac ratione. Si dicimus sola verba *Alexander, rex Macedonum* aut praedicatum subaudiendum est, ut in responsis, aut non est appositio, sed decurtata enuntiatio, in qua *fuit* omissum est. Quod autem appositiones maiore minoreve cum vi ad praedicatum referuntur duo appositionum genera distinguam:

a) apposita vox minus ad praedicatum spectat, ut, si absit, sententia enuntiati non multum afficiatur. (Quod genus vulgo attributivum nominatur.)

b) apposita vox ita ad praedicatum spectat, ut omissio eius sententiam enuntiati ipsam valde corrumpat.

Quoniam haec de vi atque natura appositionis praemonuimus, iam ad exempla eius, quae apud Plautum et Terentium inveniuntur, tractanda transeamus. Atque nobis proposuimus accuratius de collocatione disserere, quod tales quaestiones maxime aptae sunt ad licentiam coercendam, qua utuntur viri docti, cum in versibus emendandis et metro accommodandis verba transponere solent.**)

*) Rectius Jungclaussenus originem in praedicativis quae vocantur adiectivis quaesivit.

**) Eodem consilio Guil. Kaempf collocationem pronominis personalis apud poetas scaenicos Romanorum tractavit in studd. Berol. vol. III. fasc. II. p. 1 (1886). Vahlenus quoque, vir doctissimus, contra transponendi libidinem exstitit in Herm. vol. XVII. p. 607.

Atque in priore capite de substantivi attributi, in posteriore de appositionis ipsius collocatione disseram.

Editiones secutus sum has: in Plauti Amphitruone (1882), Asinaria (1881), Aulularia (1881), Bacchidibus[2] (1886), Curculione (1879), Epidico (1878), Captivis (1887), Casina (1890), Menaechmis[2] (1889), Mercatore[2] (1883), Milite glorioso[2] (1890), Mostellaria (1852), Persa (1853), Poenulo (1884), Pseudulo[2] (1887), Rudente (1887), Sticho[2] (1883), Trinummo[3] (1884), Truculento (1881) *Ritschelii, Goetzii, Loewii, Schoellii*, in Cistellaria (1887) *Ussingii*, in fragmentis (1885) *Winteri*, in Terenti fabulis *Umpfenbachii**).

Pars prior.
De attributo quod substantivo exprimitur.

Persaepe apud Plautum Terentium aliosque scriptores nomina ita coniuncta sunt, ut alterum substantivum cum altero in unam notionem coalescat, sic ut adiectiva cum substantivis coire solent. Quae quamquam ad appositionem minus pertinent, tamen, cum et forma et aliis rationibus saepius cum ea confundantur neque accurate distingui possint, in prima parte tractabo. De his disputaverunt:

Fuisting, Synt. conven. d. lat. Spr. Münster 1836.
Teipel, Nov. ann. vol. XXVIII (1840) p. 297 sqq.
Krueger, Gramm. d. lat. Spr. 1842. § 296 Anm. 4.
Schultze, de linguae latinae appositione. Prenzlau 1843. p. 9 sq.
Holtze, synt. prisc. script. lat. 1861. vol. I p. 7 et 342 sq.
C. F. W. Mueller, nov. ann. vol. 91. (1865) p. 559 sq. et 874.

*) Locos Propertianos numeris editionis L. Muelleri (Lps. 1885) indicavi.

Haase, Vorlesgg. über lat. Sprachwissensch. 1874. vol. I. p. 212 sq.
Kühner, Ausführl. Gramm. d. lat. Spr. 1878. vol. II. p. 172.
Draeger, Histor. Synt. d. lat. Spr. 2. Aufl. 1878. vol. I. p. 668 sq.
Wueseke, de Plauti et Ter. usu adiectiva et participia substantive ponendi, Marb. 1884.
Reisig's Vorlesgg. über lat. Sprachwissensch. mit Anm. v. Fr. Haase, neu bearbeitet von Schmalz u. Landgraf, 1888. vol. III. p. 866 sq.
Schmalz, Lat. Synt., Muellers Hdbch. für klass. Alt-Wissensch. 1890. II². p. 411.

Alios libros in suis locis indicabo.

§ 1. Primum videamus eos locos, in quibus substantivo cuidam ad aetatem vel genus significandum pro adiectivo alterum substantivum apponitur.

1. senex.

Cas. prol. 35. Senex hic maritus habitat:

Maritus est adiectivum, ut Men. 128. Ubi sunt amatores mariti? et ut *vicinus* Mil. 154. a vicino sene.

Men. 17. *Mercator* quidam fuit Suracusis *senex.*

Merc. 741 sq. . . nam mihi *amatori seni*
Coquenda cenast.

Mil. 154. Sed foris concrepuit hinc a *vicino sene.*

Rud. 77. . . *exul* ubi habitat *senex,*

Fortasse praedicative intellegendum.

Ad. 562. Nihil pepercit. non puduisse verberare *hominem senem!*

Andr. 221 sq. . . fuit olim quidam *senex*
Mercator:

Andr. 373. Nisi vides, nisi *senis amicos* oras, ambis.

Eun. 356 sq. . . Illumne obsecro
Inhonestum hominem, quem mercatus est heri, *senem mulierem?*

mulier de homine dicitur ut Bach. 845.

Hec. 171 sq. Interea in Imbro moritur *cognatus senex*
Horunc.

2. anus.

Aul. 807. . . ex gnatae pedisequa *nutrice anu:* ea rem novit.

Rud. 671 sq. Quin scelestus *sacerdotem anum* praecipes
Reppulit . . .

Loci qui exstant in Curc. v. 76, Most. v. 271, Heaut. v. 96 huc pertinere non videntur:

Curc. 76. Anus hic solet cubitare custos ianitrix.

Most. 281. Quibus anus domi sunt uxores, quae vos dote meruerunt.

Heaut. 96. Est e Corintho hic advena anus paupercula:

3. adulescens (masc. et fem.) adulescentulus, adulescentula.

Bacch. 65 sq. .. Quid ego metuam, rogitas? *adulescens homo*
Penetrem me huiusmodi in palaestram, ubi damnis desudascitur?

adulescens homo *Bothius* homo adulescens *libri* rogas? homo adulescentulus *Camerarius*.

Pseud. 434 sq. . . quid novom, *adulescens homo*
Si amat, si amicam liberat?

Phorm. 1040 sq. .. Adeon indignum hoc tibi videtur, filius
Homo adulescens si habet unam amicam, tu uxores duas?

Trin. 131. .. amanti *homini adulescenti*, animi ampoti,

Capt. 169 sq. Nam eccum hic *captivom adulescentem* intus Aleum
Prognatum genere summo et summis ditiis:

intus *Schoellius*: *om. libri.*

Mer. 1021. Neu quisquam prohibeto post hac *adulescentem filium*

filia *BCD.*

Hec. 660 sq. .. Mater quod suasit sua,
Adulescens mulier fecit.

Phorm. 794. Ut possis cum illa, ne te *adulescens mulier* defetiget.

mulier adulescens *D.* *Adulescens* loco substantivi feminini generis apud Plautum non usurpatur; cf. Wueseke p. 17, qui Andr. v. 488 *huic optumae adulescenti* laudat.*)

Bacch. 87 sq. .. Quia istoc inlecebrosius
Fieri nil potest: nox, mulier, vinum, *homini adulescentulo.*

Andr. 828 sq. .. *homini adulescentulo*
In alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria,

Andr. 910 sq. .. tune hic *homines adulescentulos*

*) Cf. Cic. div. I. 18. 36. *Africani filiam adulescentem.*

Imperitos rerum, eductos libere, in fraudem inlicis?
Heaut. 93 sq. . . *Filium* unicum *adulescentulum*
Habeo.

Epid. 43 sq. Quia forma lepida et liberali *captivam adulescentulam*
De praeda mercatust.

Cf. Wueseke p. 10: „Dubium est, utrum *captiva*, an *adulescentula* hoc loco sit plane substantivum, quia neutra vox nullo loco Plautino aut Terentiano prae se fert vim plane substantivam." Sed cf. Epid. 107. Rud. 416. Heaut. 654.

Mil. 789. Habeo eccillam meam cluentam, *meretricem adulescentulam.*

meretricem *A* electricē *B* e letricem *C.*

Heaut. 602. . . reliquit *filiam adulescentulam.*

Rud. 42 sq. Adulescens quidam civis huius Atticus
Eam vidit ire e ludo fidicini domum.

Hic verba *civis Atticus* per appositionem adiunguntur antecedentibus verbis.

3a. ephebus.

Eun. 823 sq. . . Th. Quis fuit igitur? Py. Iste Chaerea.
Th. Qui Chaerea? Py. Iste *ephebus frater* Phaedriae.

4. virgo.

Trin. 110. Suamque *filiam* esse adultam *virginem,*
Rud. 39. Huic *filiola* ultro *virgo* periit parvola:

ultro virgo *Schoellius* virgo *libri.*

Ad. 466 sq. . . *Filiam* eius *virginem*
Vitiavit.
Trin. 113. Mihi conmendavit *virginem gnatam* suam
Ad. 725. . . hoc peccatum in *virginem* est *civem.* Mi. Scio.
Eun. 857 sq. An paulum hoc esse tibi videtur, *virginem*
Vitiare *civem?*

Aul. 172 sq. . . . Eius cupio filiam
Virginem mihi desponderi:

Locus huc non pertinet, cum *virginem* pro appositione qua condicio exprimitur habendam esse probabile sit.

Merc. 413 sq. . . ego emero matri tuae

Ancillam viraginem aliquam non malam, forma mala,

Minime necesse est cum Holtzio *ancillam viraginem* coniunctionem statuere; facile enim intelligitur *ancillam* idem esse ac *ut ea ancilla sit* vel *ut ei serviat*. Cf. Capt. 876. et

Trin. 374. Soror illist adulta virgo grandis:

virgo grandis verba per appositionem *soror* voci adiuncta idem valent ac: *adulta et virgo grandis facta est.*

5. puer, pullus, puella, puellula.

Amph. 1070. Atque illam geminos *filios pueros* peperisse conspicor:

Capt. 876. Qui tibi subrupuit quadrimum *puerum filiolum* tuom.

Fortasse *quadrimum puerum* appositio est, qua tempus significatur.

Asin. 209. . . quasi *columbae pulli* in ore ambae meo
Usque eratis:

Cas. 138. Meus *pullus passer*, . .

cf. mus pusillus. Truc. 868.

Poen. 1094 sq. Ei duae puellae sunt meretrices servolae
Sorores:

Non plane elucet quae verba in unam notionem sint comprehendendae; fortasse *meretrices servolae* v. i. p. 23.

Cist. 455. Eam nunc puellam filiam eius quaerimus.

Filiam eius pro appositione habeo.

Phorm. 81 sq. Continuo quandam nactus est *puellulam*
Citharistriam:

6. mas.

Poen. 1311. . . quod *mares homines* amant,

7. femina.*)

Men. 838. Ita illa me ab laeva rabiosa *femina* adservat *canis*:

Pers. 475. . . atque auxi *civi femina?*

Truc. 284. . . ubi *musca* nulla *femina*st in aedibus?

Vid. frg. XVIII. Nam audivi *feminam* ego *leonem* semel parire –⏑–.

---

*) Cf. femina turba Prop. III. 29 (31). 4. femina Coa Tib. II. 3. 53. piscis femina Ovid A. A. 2. 482. Cuius generis exempla apud Terentium non inveniuntur.

Ex his locis elucet Plautum significationes aetatis et generis plerumque eis vocibus, quae affinitatem exprimunt, annectere solitum esse. Conferas: filios pueros Amph. 1070, [puerum filiolum Capt. 876,] adulescentem filium Merc. 1021, filiola virgo Rud. 39, filiam — virginem Trin. 110, virginem gnatam Trin. 113. Apud Terentium inveni: cognatus senex Hec. 171, ephebus frater Eun. 824, filia virgo Ad. 466, filiam adulescentulam Heaut. 602, filium — adulescentulum Heaut. 93. Ex eis autem locis, qui restant, longe plurimi ita comparati sunt, ut alterum substantivum nomini *homo* apponatur. Quo de usu iam disseremus in paragrapho altera.

§ 2. Deinde substantiva, quae plerumque ordinem declarant, loco adiectivorum cum aliis tum nominibus homo, vir, mulier apponuntur.

1. homo.

a. Nomina substantiva, quae formam adiectivorum non habent, ut advena, amator, leno, palpator, sycophanta, verbero:

Poen. 1031. *Hominem* peregrinum atque *advenam* qui inrideas.

Cas. 563 sq. Stultitia magnast mea quidem sententia,
Hominem ullum *amatorem* ad forum procedere

ullum amatorem *Schoellius* amatorem ullum *libri.*

Poen. 200. Itaque hic scelestus est *homo leno* Lycus:

Poen. 89 sq. Praesenti ibi argento homini, si lenost homo,
Quantum hominum terra sustinet sacerrumo.

Qui locus non magis huc pertinet, quam

Poen. 977. Facies quidem edepol Punicast: guggast homo.

nam *homo* in eis locis sensu demonstrativo usurpatur, ut Asin. 596 cf. p. 21.

Rud. 124 sqq. . . Dic, quod te rogo,
Ecquem tu hic *hominem* crispum incanum videris,
Malum periurum, *palpatorem.*

Poen. 1032. At hercle te *hominem* et *sycophantam* et subdolum,

Pseud. 1205. Edepol *hominem verberonem* Pseudolum, . . .

Pers. 749. Qui hic commercaris civis homines liberos?
Homines liberos verba sunt apposita.

In omnibus his locis *homo* anteponitur. Apud Terentium nullum huius modi exemplum inveni.

b. Nomina substantiva, quae formam adiectivorum habent, ut adulescens, amicus, captivos, mendicus, peregrinus, servos:

Eos locos, in quibus *adulescens**) cum *homine* iungitur, iam supra exscripsi. Apud Plautum: Bacch. 65. Pseud. 434. Trin. 131. Bacch. 88; apud Terentium: Andr. 828. 910. Phorm. 1040.

Asin. 445. . . da commoda *homini amico.*

Bacch. 386 sq. *Homini amico* quist amicus ita ut nomen possidet Nisi deos ei nil praestare:

Bacch. 1156. . . Sed *amico homini* tibi quod volo credere certumst.

Curc. 332. Ut decet velle *hominem amicum* amico atque opitularier:

Pers. 596. . . quantist *hominem amicum* adhibere, ubi quid geras.
quanti ẽ *Db* quantum est *reliqui cum A.* KOMINEMAMICUM. ADKIBERE *A* adhibere hominem amicum *reliqui.*

Trin. 924. Bene te potius dicere aequomst *homini amico* quam male.

Ad. 440. *Homo amicus* nobis iam inde a puero:

Heaut. 567 *Hominem amicum* recipere ad te atque eius amicam subigitare.

Phorm. 562. Solus est *homo* amico *amicus.*
amicus amico *E. Donati Ed. pr. in lemm.*

Capt. 100. *Homines captivos* conmercatur,

Men. 79. *Homines captivos* qui catenis vinciunt,

Aul. 423. Sed quid tibi nos tactiost, *mendice homo?*
Sic Hermannus de metr. p. 171. nos mendice homo tactio est *libri.*

Stich. 135. Vosne latrones et *mendicos homines* magni penditis?

---

*) Cf. Sall. Cat. 38. 1. Iug. 6. 2. h. adulescens; Sall. Cat. 52. 26 h. adulescentulus.

Poen. 674 sq. Neque nos hortari neque dehortari decet
Hominem peregrinum:
Poen. 1031. vide sub a.

Asin. 470. Nimis iracunde: non decet superbum esse *hominem servom.*

Epid. 59 sq... plus scire satiust quam loqui
Servom hominem: ea sapientiast.

Epid. 327 sq. Nuquamm inridere nos
Illum inultum sinam *servom hominem.*

Mil. 563 sq... Immo indigne: nam *hominem servom* suos
Domitos habere oportet oculos et manus

Lorenzius ad hunc locum praeter alia exempla etiam Capt. v. 665 annotat, quamquam in eo haec coniunctio non librorum auctoritati, sed coniecturae Fleckeiseni debetur.

Stich. 58. Qui manet ut moneatur semper *servos homo* officium suum,

Stich. 692. Satiust *servo homini* modeste facere sumptum quam ampliter.

Stich. 446. Atque id ne vos miremini, *homines servolos*
Potare, amare atque ad cenam condicere:

Appendicis loco etiam adscribam:

Pseud. 1103. Malus et nequamst homo qui nihili facit imperium sui servus eri:

facit-eri *Spengelius*, eri imperium sui servos facit *B.*

Phorm. 292. *Servom hominem* causam orare leges non sinunt,

Ad hunc locum adnotat Dziatzko: „mit absichtlicher Geringschätzung, insofern gewissermassen verschiedene Arten von Menschen unterschieden werden.“

Hoc dicendi genus adhibet is, qui si de alio loquitur, rationem eius alteri cum contemptu quodam atque indignatione opponere, sin de se ipso dicit, eam recte vel necessitate opponi cum patientia quadam confiteri vult. De collocatione verborum nihil certi dici potest.

Pro substantivis autem illa nomina quae modo tractavimus in his locis dicuntur: adulescens Capt. 140 e. a. amicus Stich. 679 e. a. captivos Capt. 126 e. a. mendicus Stich. 133 e. a. peregrinus Andr. 146. servos saepissime.

c. Paucis verbis eos locos tractabo, in quibus cum nomine *homo* ea pronomina iunguntur, quae vulgo non pro adiectivis dicuntur.

tu homo α) in interrogatione (quis tu homo's): Curc. 412. Mil. 425. Trin. 970. Eun. 804.

β) *homo* vox sola pronomini adiungitur: Cist. 238. Epid. 575. 693. Mil. 624 (G. Hermannus *homo* delet; cf. Lor.[2] p. 271). Mil. 684 (Ribbeckius versum tollit). Rud. 977 (coni. Fleckeisenus). Ad. 111. Heaut. 1003. Quae coniunctio ubique habet aliquid indignationis atque vituperationis, quod Epid. 693 optime adhibetur, ut ironia, quae inest in verbis *Frugi's tu homo, Apoecides.* augeatur. Quae cum ita sint Hermannus et Ritschelius Bacch. 1155 pro *tu homo*, quod est in codicibus, rectissime scripserunt *tu, mi homo.*

γ) voci *homo* attributa adiunguntur: Bacch. 1188 (tu homo nihili), frgg. v. 303 (tu o momar sicule homo), Bacch. 1163 (tune homo putide), Poen. 1032 (te hominem et sycophantam et subdolum). — omnia attributa sunt mala.

nos homines Capt. 22. cf. etiam Capt. 142 vos-homines Curc. 508. *quis homo* saepius apud Plautum et Terentium invenitur. *quisquis homo*, *quisque homo*, *quisquam homo* similia Prehn (Qaestiones Plautinae de pronom. indef. Argent. 1887) tractavit. Jam restat nemo homo. Quod apud Plautum tredecies, apud Terentium sexies invenitur.

Amph. 566 sq. Tune id dicere audes, quod *nemo* umquam *homo* antehac
Vidit . . . .

Asin. 466. Ego certe me incerto scio hoc daturum *nemini homini.*

Asin. 756. Aliénum *hominem* intro míttat ad se *néminem*:
ad se *add. Pylades: om. libri.*

Cas. 294. Dé Casina certúmst concedere *hómini* nato *némini.*

Merc. 141. *Hóminem* ego iracúndiorem quám te novi *néminem.*

Mil. 332. Mé *homo nemo* déterrebit, quín ea in his sit áedibus.

deterrebit *Hauptius* detere uti *CD* deteruti *B* in his sit *Niemeyerus* sit in his *libri.*

Mil. 1411. Júra te nocitúrum non esse *hómini* de hac re *némini*,

nociturum non *Ritschelius* non nociturum *libri* in A codice deest *non.* Cf. Lorenz. ad Mil. 741. et

Persa 209. Cérte equidem puerúm peiorem quám te novi néminem.

Pers. 211. *Némo homo* umquam ita árbitratust. . . .

Most. 901. *Homo némo* hinc qúidem foras éxit.

Sic Studemundus (cf. ed. Lor.[2] p. 231). Homo *om. libri.* In codice A. paene nihil legi potest. Spengelius (Reformvorschläge p. 385) locum violenter mutans *nemo quidem hinc exit foras* scribit. Vide infra.

Rud. 968. Húnc *homo* feret á me *nemo*, né tu te sperés pote.

pote *Schoellius* potius *libri.*

Truc. 300. *Némo homo* hic apud nós solet perire: res perdúnt suas;

NEMOKOMO *A* Nemo hominem *BD* nemohominē *C* apud nos solet perire *Schoellius* SOLETPERIREAPUTNOS *A* perire solet apud nos *ceteri.*

Vid. 169. *Némo homo* miser . . . que infelíx fuit,

Sic Winterus FUI *A.* Studemundus lacunam ita supplendam esse censet: *Nemo homo miser e[st adaeque ut ego sum at]que infelix fui*

Vid. 187 sq. Egéntiorem [*hominem*, quam ego su]m *néminem*

Neque esse credo neque fuisse neque fore.

Complevit lacunam Studemundus.

Ad. 259. Fratrem *hómini nemini* ésse primarum ártium magis príncipem.

FRATER *A* hominē *G* neminē *corr. in marg.* homini *F corr.* F^2 (um) neminem *(B?)CEFP.* Donatus: homini neminem (*sic*: *tum bis* hominem neminem)] Nove auribus nostris, sed veterum consuetudine locutus est. — nemini homini: *Eugraphius.* Ob verborum ordinem locus pro corrupto habendus est. Complura vide infra p. 22.

Eun. 549. Númquis hic est? némost. numquis hínc me sequitur? *némo homost.*

Eun. 1082. Accipit *homo némo* melius prórsus neque prolíxius.

hominem *(B)*C^2EFGP^2.

Hec. 281 sq. *Némini* plura acerba credo esse ex amore *homini* umquam oblata

Quam mihi.

Phorm. 591 sq. Ego *hóminem* callidiórem vidi *néminem*
Quam Phormionem.

Phorm. 808. Ut própior illi, quám ego sum ac tu, némost.
De. Di vestram fidem:

Sic Umpfenbachius homo nemo est *libri.*

Quod ad verborum ordinem attinet, Plautus quidem verbum *nemo*, nisi gravioris momenti causa ad finem versus (Asin. 756, Cas. 294, Merc. 141, Mil. 1411. Vid. 187) aut ante caesuram (Rud. 968) removerit, verbo *homo* praemisit. Cui legi duo adversantur loci Most. 901, ubi valde incerta est scriptura et Mil. 332, ubi, quamquam in hunc modum transponi poterant verba *Nemo me homo deterrebit*, tamen *me* ab initio versus removendum esse non puto. Nam ex antecedentibus verbis (v. 331) *Mihi ego video, mihi ego sapio, mihi ego credo plurimum*: elucet *me* consulto in versus initio positum esse; suspicatur enim Sceledrus, qui haec verba proloquitur, Palaestrionem conservum studiose id agere, ut se a foribus vicini fraude amoveat; glorians se hoc perspexisse, semet ipsum falli non posse verba supra allata pronuntiat. Itaque *me* de primo versus loco removere non debemus; sin autem scribimus *me nemo homo*, syllaba *ne* versus accentum, qui ei in ceteris locis est, amittit. Sed fortasse locus noster aliter intellegendus est. Saepe enim Plautus, saepius Terentius verbum *homo* eodem sensu ac pronomen tertiae personae usurpant. In his locis

Phorm. 252. Sed quid cessas hominem adire et blande in principio adloqui?

Asin. 596. Homo hercle hinc exclusust foras.

Amph. 265, 295, Stich. 573, Poen. 977 e. a. *homo* ad eas personas, quae in scena versantur, refertur. Sceledrus igitur ex illo animi affectu, quem supra adumbravi, dicit: *Me iste* (nempe Palaestrio) ... nunc se ipsum interrumpens corrigit illud *iste* et latiore notione pergit: *nemo deterrebit*, quod actor spatio temporis interposito exprimere debuit. Simili modo etiam Eun. 1082 intellego. Spatium autem illud, quod actor verba *homo-nemo* pronuntians intermittit, in omnibus aliis

locis, ubi *nemo* postponitur, eo efficitur, quod inter *hominem* et *neminem* alia verba inseruntur.*)

2. vir. mulier.**)

Amph. 204. Continuo Amphitruo delegit *viros* primorum *principes.*

Merc. 694 summatis viros (*sic scribit Spengelius* summos *libri*); Pseud. 227 summatum virum; Stich. 492 summates viri; Cist. 24 summatis matronas; sed haec huc non pertinent. Versum Capt. 471 „Nil morantur iam Lacones uni subselli viros," aliosque locos ei similes a quaestione mea removi.

Amph. 782. Aut pol haec *praestrigiatrix* multo *mulier* maxumast

Sensus quamquam ordo verborum repugnare videtur hanc structuram flagitat: aut haec mulier est maxuma praestrigiatrix. Cf. infra Epid. 704.

Men. 261 sq. . . tum *meretrices mulieres*
Nusquam perhibentur blandiores gentium.

Men. 335. Nam istic *meretricem* credo habitare *mulierem*,

Merc. 684 sq. Sy. Nescio quaest mulier intus hic in aedibus.
Do. Quid, mulier? Sy. *Mulier meretrix.*

Stich. 746 sq. Nimioque sibi *mulier meretrix* reperiet odium ocius
Sua inmunditia,

3. Alia substantiva***)

Asin 799. Nec *mater lena* ad vinum accedat interim,

Mil. 110 sq. Sublinit os illi lenae, matri mulieris,
Quam erus meus amabat.

illis B^2CD illos B^1. Ribbeckius putat *illis* idem esse ac *illius* et structuram esse hanc: *illius mulieris matri lenae.* Sed recte Lorenzius (1886) et Brixius (1883) commate post *lenae* posito Scutario auctore scribunt *illi lenae.*

Capt. 1016. Quis tu ais? adduxtin illum huius filium captivom? illum huius captivom filium *Pylades.* illum captivom huius filium *Fleckeisenus.* Ordo verborum traditus probatur hoc loco:

---

*) *Nemo homo* invenitur etiam apud Cic. fam. XIII 24. 2 *hominem esse neminem.* Quo studio, scriptores ambas illas notiones ordine inverso disiungere soliti sint, et ex laudandi ratione Servii elucet, qui versum illum Eun. 1082 sic affert: Accepit homo melius nemo neque prolixius.

**) Cf. Sall. Jug. 12. 5 mulieris ancillae.

***) Cf. Prop. IV. 10 (11). 39 meretrix regina; IV. 8 (9). 23 dominas secures; III. 12 (19). 3 juvenis corruptor; IV. 13 (14). 20 fratres-deos.

Epid. 704 sq. Et eo argento illam me emisse amicam fili fidicinam Pro tua filia.

Structura est: illam fidicinam, amicam fili.

Poen. 1094 sq. meretrices servolae. Vide p. 15.
Eun. 30 sq. Colax Menandrist: in east *parasitus colax*
Et miles gloriosus:

§ 3. In his omnibus locis ordo verborum certa lege non videtur circumscribi posse. Licentia autem aliquantum coercetur in eis locis, in quibus nomina *homo*, *vir*, *mulier* cum aliis nominibus speciem significantibus coniunguntur. Hae enim significationes plerumque tam generales sunt, ut notionibus specialibus subiectae paene nihil, quod in antecedentibus vocibus non contineatur, addant. Itaque ante verbum *homo* ea modo nomina poni possunt, quae formam adiectivorum habent, praecipue *servos*. Porro ex eo, quod ante verbum *mulier* bis *meretrix* ponitur, intellegi potest *mulierem* esse non plane generali significatione. De verbo *vir* cum exempla desint accuratius quaerere non possumus. Certe hoc nomen alteri nomini postponi potuit. Quod semel legitur *mares homines**), hoc utile est ad dicendi usum recte intellegendum. Nam cum verba *mas* et *homo* (non secus ac *mater* et *lena*—*meretrix* et *regina*—aliaque) eam rationem, quae inter genus et speciem est, non per se habeant, sed collocatione demum recipiant, ordo verborum plane ex arbitrio scribentis pendet.**) Sed ubi illa ratio per se inter duas notiones intercedit, ordo verborum certus est. Quod ex eis locis, ubi altera vox, quae speciem significat, notionem alterius plane per se continet, dilucide perspicere possis. Exempla sunt haec:

Curc. 76. Anus hic solet cubitare *custos ianitrix*.
Curc. 647. Exoritur *ventus turbo*:

Trin. 835. Ita iam quasi canes, haud secus circumstant navem turbine venti:

Libri cum A habent *turbines venti*: quod Hermannus correxit.

Merc. 87. Aedificat *navem cercurum* et mercis emit:

cercurum *Camerarius e Nonio, ubi* cercyrum *libri.*

---

*) Cf. maris deos Cic. N. D. 1. 34. 95. maris anguis div. 2. 29. 62.

**) Cf. C. F. Guil. Muellerum ann. philol. vol. 91 (1865) p. 559 sq. et. 874.

Merc. 834. *Di penates* meum parentum, familiai Lar pater,
Merc. 836. Ego mihi alios *deos penates* persequar, alium Larem,
Phorm. 311 sq. Ego *deos penates* hinc salutatum domum
Devortar: *)
Poen. 291 sq. AG. Nam illa mulier *lapidem silicem* subigere, ut se amet, potest.
MI. Pol equidem hau mentire: nam tu es *lapide silice* stultior,
Rud. 23. Iovem se placare posse *donis hostiis*,
Eun. 1057. Quodvis *donum praemium* a me optato, id optatum feres.

Donatus annotat: „. . donum praemium a me . . . ἀσυνδέτως pronuntiavit primo *donum* et sic *praemium*, quasi unam partem orationis."

Rud. 1010. Tange: adfligam ad terram te itidem ut *piscem* soleo *polypum*.
Trin. 226. *Magister* mihi *exercitor* animus nunc est.

Huc accedunt:

Aul. 692. *Iuno Lucina*, tuam fidem.**)
Ad. 487. *Iuno Lucina*, fer opem: serva me obsecro. . . . .

Eadem verba leguntur in Andriae v. 473.

Bach. 916. Nam ni illic hodie *forte fortuna* hic foret,

Forte fortuna legitur etiam Mil. 287. Eun. 134. 568.

Phorm. 841 sq. O Fortuna, o *Fors Fortuna*, quantis commoditatibus,
Quam subito meo ero Antiphoni ope vostra hunc onerastis diem! ***)
Hec. 386. Quaeque *fors fortuna* †) est, inquit, nobis quae te hodie optulit,

---

*) Liv. I. 1. 9 apud penatos deos. Cf. Soph. Oed. Col. v. 680 θεαῖς ἀμφιπολῶν τιθήναις.

**) Cf. Varr. d. l. l. V. § 49 sq. et § 69.

***) Cf. Varr. ep. ad Fufium apud Nou. p. 117 (L. Mueller I. p. 165) et p. 425 (L. Mueller II. p. 8). — Querolus I. 2. in. *O Fortuna o Fors Fortuna.* — Prisc. V. 76. — Donat in Hec. III. 3. 26. — Varr. d. l. l. VI. § 17. — Liv. X. 46. 14. — Tac. ann. II. 41.

†) Quibus cum coniunctionibus ne confundas eas, quas describit Brixius ad Trin.[4] v. 302. „imperiis, praeceptis: die asyndetische Verbindung zweier begrifflich verwandter oder lautlich ähnlicher Substantiva ist

Asin. 23. Per *Dium Fidium* quaeris:

dium *Hermolaus* deum *libri* fiduum *J* per deum fidem ut tu *Bothius*. Versus 23 et 24 delet Fleckeisenus, quia consentiant cum v. 25—28. Sed cf. Goetzii et Loewii praef. p. XXII. Varro d. l. l. V. §§ 52 et 66.

In his omnibus*) notio specialis notioni generali subiecta est, nam recte Quintilianus IX. 4. 24 docet: „quaedam ordine permutato fiunt supervacua ut *fratres gemini*: nam si *gemini* praecesserint, *fratres* addere non est necesse." — quamquam exemplum, quod affert Quintilianus, minime cum Plautino usu convenit.**)

§ 4. Supersunt haec:

Amph. 188. *Victores* victis hostibus *legiones* reveniunt domum

Amph. 635. .. voluptatem ut *maeror comes* consequatur:

---

bei Pl. sehr gewöhnlich, ... Bacch. 732 morbum mortem, Epid. 450 armis arte duellica, 532 fictor conditor" e. q. s. Falso autem eiusmodi exemplis inserit ille doctus vir: Mil. 287 *forte fortuna* et Rud. 23 *donis hostiis*. Vide etiam Lorenzium, Pseud. prooem. adnot. 40 et Lachmannum Lucr. comm. p. 80.

*) Ex numero exemplorum, quae Holtzius (synt. I. 7) et C. F. Guil. Muellerus collegerunt, huc spectant Cat. 20. 2 digitum pollicem. 158. 1 piscem capitonem. frgg. (Jordan) p. 34 ventus auster. Cf. Tac. ann. 14. 22 sidus cometes. Iust. 37. 2 stella cometes. Prop. IV. 5 (6). 27 ranae — rubetae. Plat. Symp. 177 d λόγον ἔπαινον. Phaedr. 260 b λόγον ἔπαινον. Draeger, Synt. u. Stil. d. Tac. 1882. p. 35 sq.

**) Cf. Men. 48 ambobus — geminis fratribus, 232 Fratrem — geminum germanum meum, 1087 aut geminus est frater tuos, 1102 sq Spes mihist, vos inventurum fratres germanos duos Geminos, 1125 Mi germane gemine frater, Pers. 695 Geminum — fratrem — meum, 830 hic eius geminust frater, 831 geminum fratrem. — Pro adiectivo *geminus* dicitur Andr. 674 geminas — nuptias, Pers. 830 geminissumus (comice), Curc. 221 geminos — filios, Amph. 480 filios geminos, Men. 58 geminum illum puerum — alterum, Amph. 1070 geminos filios pueros, 1088 geminos — filios, Men. prol. 18 filii geminei, Mil. 391 illa — mea soror gemina. — Substantivi loco usurpatur Amph. 615 geminus Sosia hic factust tibi, Men. 26 geminum — alterum, 40 gemino — huic alteri, 68 Is illic habitat geminus surrupticius, 69 Nunc ille geminus, qui .., 71 hunc — geminum germanum suum, 257 geminum, 1082 hi sunt geminei germani duo, Men. 1120 Gemini ambo eramus, Ad. 269 o mi germane, 957 Nunc tu mihi es germanus.

Amph. 930. . . *comitem* mihi *pudicitiam* aufero.

Pers. 280. *Servam operam*, linguam liberam erus iussit med habere.

liberam *libri* OPERAM *A*.

Pers. 780. Perii, interii, pessumus hic mihi *dies* hodie inluxit *corruptor*:

Poen. 543. Obsecro hercle *operam celocem* hanc mihi, ne *corbitam* date.

Pseud. 42. Per ceram et lignum *litterasque interpretes*

Rud. 987 sq. Sed tu enumquam piscatorem vidisti, venefice, *Vidulum piscem* cepisse

Eun. 1072. . . *Militem* ego *rivalem* recipiundum censeo.

Qui loci proprie huc non pertinent, quia substantiva apposita primariam notionem eatenus tantum explicant, quatenus praedicatum postulat.

Pars posterior.
De appositionis collocatione.

§ 1. Quod grammatici docent appositionem nomini quod definiendum est subici, per se quidem verum ac rei naturae consentaneum est.*) Contra eam legem saepius neglegi constat. Quod quibus rationibus factum sit in quibusdam locis facile intellegitur, ubi nomen proprium non substantivi, sed adiectivi munere fungitur.**) Talibus autem locis exceptis

*) Eundem esse dicendi usum in lingua sanscrita et graeca et latina Delbrueckius (Synt. Forschgg. IV. 152) docuit. Semper ea lex servatur apud Plautum in his: natus — Alcaeo patre Amph. 98. Davo prognatum patre Amph. 365. 614. e Philippa matre natam Epid. 636. Moscho prognatum patre Men. 408. 1078. qui cluet Cucino patre Men. 854.

**) Cf. Reisig. Vorlesgg. 1888. III. p. 867.

de eis exemplis quaerendum est, quae re vera ab usu vulgari abhorrent. De quibus quod Reisigius praecepit legem illam neglegi, si apposita vox uno vel pluribus verbis interpositis a voce primaria disiuncta sit, vel non uno verbo contineatur, sed adiectivo accuratius definita sit,*) ad Plauti usum minime aptum est.**)

§ 2. Itaque praeceptis illis Reisigii omissis ad singulos locos accedamus. Quos perlustrantes permultos inveniemus, in quibus nomen proprium appositioni subiectum in fine versus, nonnullos, in quibus in initio insequentis versus vel in caesura positum est. Notum autem est illos versus locos maiorem metri licentiam, qua poetae in nominibus propriis***) utuntur, habere. Quin etiam interdum verba†) consulto in eis locis

*) Vorlesgg.[2] III. p. 867.

**) In hoc conspectu eas appositiones, quae nominibus propriis attributive adiunctae sunt, composui.

	App. postponitur		App. anteponitur	
	App. a voce prim. non disiungitur	App. a voce prim. disiungitur	App. a voce prim. non disiungitur	App. a voce prim. disiungitur
Appositio sola exstat	36	26	53	20
Appositioni pron. vel adiectivum vel genetivus adiungitur	31	39	34	55
	67	65	87	75

***) Plautus saepissime nomina propria in illis locis ponit; cf. Asin. 751. Rud. 335. Stich. 238, ubi nomina propria et in fine et in initio versus exstant. In Propertii quidem lib. I carm. XV prioribus de 165 nominibus propriis 132 in locis versus insignibus exstant, (23 in versus initio, 35 in fine, 74 in caesura).

†) Cf. Pseud. 1153. Stich. 536, ubi subiectum enuntiati in versus fine exstat; vide etiam Asin. 334 sq. Bach. 391. Epid. 127. Mil. 550. Truc. 499 sq. Ter. Eun. 270 sq. 642. 925. — in fine et in initio enuntiati nomina propria exstant Amph. 394.

ponuntur, ut maiore vi efferantur. Quod maxime fit, si cum ordinis metrici fine sententiae finis convenit. His duabus rationibus commoti Plautus et Terentius lege sermonis neglecta appositionem ante vocem primariam collocaverunt.

a. nomen proprium ponitur in fine versus et in enuntiati exitu.

Amph. 120. Nam meus pater nunc intust eccum Iuppiter. Amph. 385. 400. 403. 611. 627. Asin. 53. 264. 344. Aul. 619. Bacch. 177. 243. 250. 345. 367. 391. 686. Cist. 410. Curc. 233. 636. Epid. 394. 434. 479. 503. 709. Men. 173. 300. Merc. 670. 947. Most. 497. Poen. 187. 742. 758. 895. 1042 sq. 1044. 1299. Pseud. 193. 341. 445. 659. 757. Rud. 1174. Stich. 238. 371. 656. Trin. 875 sq. 1121. Vid. 160. Ter. Eun. 608. Heaut. 4 sq. Hec. 801. Phorm. 64.*)

b. in fine versus, sed in media enuntiati parte.

Amph. 148. Sed Amphitruonis illic servost Sosia, Amph. 467. 849. 861. 918. 1002. 1121. Asin. 96. 101. 347. 354. 368. 436. Bacch. 589. Capt. 698. 735. Cas. 72. Cist. 169. Curc. 358. Epid. 126. Most. 560. Poen. 200. 497. 591. 664. 901. Pseud. 636. 998 sq. 1150. Trin. 425. 820. Truc. 77. 297. 405. Ter. Ad. 462. Eun. 228 sq. Heaut. 169. Hec. 320. 804. Phorm. 63. 862. 865.**)

c. in initio insequentis versus.

Amph. 831 sq. Per supremi regis regnum iuro et matrem familias
Iunonem, . . .

Amph. 869 sq. 950 sq. 967 sq. Asin. 333 sq. Aul. 696 sq. Mil. 416 sq. Most. 686 sq. 1120 sq. Pseud. 626 sq. Trin. 602 sq. 894 sq. Truc. 669 sq.

d. in caesura versus:

trochaici septenarii:

in enuntiati fine: Amph. 394. Bacch. 390. Capt. 646. Epid. 127. Pseud. 977. Stich. 393. 574. Pseud. 1205. Ter.

*) Cf. Prop. IV. 12 (13). 8. V. 1. 34.
**) Cf. Prop. IV. 14 (15). 39.

Eun. 352. 713 (post quartum pedem). — Mil. 998 sq. Curc. 345 sq. (ante quintum pedem). — Capt. 880 sq. Pseud. 1155 (ante tertium pedem). — Cas. 254 (post secundum pedem). — Stich. 570. Trin. 956 (ante caesuram quarti pedis).

Restant:

Trin. 617. O ere Charmides, quom absenti hic tua res distrahitur tibi,
Truc. 499 sq. . . Miles, mea Phronesium,
Tibi adest Stratophanes: nunc opust tibi aegram ut te adsimules. — Tace!

in media enuntiati parte: Amph. 746. Mil. 969. Stich 150. Trin. 899. 1140 (post quartum pedem). — Capt. 872. Stich. 527. Trin. 875 (ante quintum pedem). — Aul. 171. Ter. Phorm. 842 (ante caesuram quarti pedis).

Restat:

Andr. 906. Andrium ego Critonem video? certe is est. — Salvos sis, Chremes.

Nomen proprium ponitur in enuntiati fine:

Curc. 342. Dico me novisse. ‚Quid? lenonem Cappadocem?' Adnuo
Curc. 582. Tuom libertum sese aibat esse Summanum. — Meum?
Pseud. 977. Quid est ei homini nomen? — Leno Ballio. — Scivin ego?
Stich. 582. Sed videon ego Pamphilippum cum fratre Epignomo? atque is est.

iambici senarii:

in enuntiati fine: Aul. 704. Bacch. 176. Rud. 871 (ante caesuram quarti pedis).

Restat:

Bacch. 172. Saluto te, vicine Apollo, qui aedibus

nomen proprium in media enuntiati parte ponitur: Aul. 559. Poen. 1051. Stich. 433 (post caesuram quarti pedis). — Aul. 290. Pseud. 193 (ante eam caesuram). — Amph. 124. Asin. 85. Rud. 554. Ter. Eun. 918 (post caesuram tertii pedis). — Mil. 75 (ante eam caesuram).

iambici septenarii:

in enuntiati fine: Asin. 383.*) Rud. 361 (ante quintum pedem).

---

*) Asin. 383. Atque atriensem Sauream, sist intus, evocato huc.

Unde optime intellegitur, quomodo Plautus ut incisiones versus cum sententia congruant studuerit. Verba enim *atriensis Saurea* quater apud Plautum inveniuntur. Ter autem posita sunt in fine trochaici septenarii (Asin. 264. 347. 368); hic versus cum sit iambicus septenarius, verba illa in fine prioris partis versus, quae trochaicis

in media enuntiatione: Asin. 580. 634. Stich 680 (ante quintum pedem).

iambici octonarii:

in enuntiati fine: Amph. 1082 (ante caesuram quinti pedis). — Capt. 776 (post eam caesuram). — Poen. 1177 (ante quintum pedem). — Merc. 127 (post quartum pedem).

in media enuntiatione: Amph. 194. 252. 260. Ter. Eun. 776 (ante caesuram quinti pedis). — Amph. 192 (post eam caesuram).

Hoc modo in maxima parte earum appositionum, quae ad nomen proprium definiendum additae sunt, offensio, quam ordo turbatus praebere videtur, tollitur. Ponimus ergo hanc legem:

Justa appositionis collocatio neglegi potest, si nomen proprium, quod ea definitur, in fine ordinis metrici, qui saepius cum sententiae incisione convenit, ponitur.*)

§ 3. Quae lex num de reliquis quoque appositionibus valeat, priusquam ad alias mutati verborum ordinis causas accedamus, quaerendum est.

a. Vocativis una**) appositio adiungitur in his locis:

---

numeris desinit, ante caesuram posita sunt. Sed ne ea collocatio in medio enuntiato offendat, nexus sententiae verbis *s'ist intus* interpositis dirumpitur. Aliud exemplum artis in disponendis verbis adhibitae praebet:

Aul. 804. Nunc servom esse ubi dicam meum Strobilum non reperio. ubi enuntiato primario *Nunc non reperio* circumdantur cetera verba; enuntiatum secundarium *ubi dicam* eis verbis, quae de eo dependent includitur, enuntiatum *Strobilum servom meum esse* ita, ut nomini proprio insignis ille locus assignetur, paribus partibus inter enuntiati primarii partes et enuntiatum secundarium distribuitur.

*) Etiam apud Terentium illam legem valere ex locis Terentianis asscriptis elucet. De 45 locis, in quibus nomen proprium simplici appositione attributiva definitur, 27 praebent vulgarem verborum ordinem. Ceteri (18) uno excepto (Andr. 906) legi illi respondent.

**) Eos locos, in quibus uni nomini plures appositiones adiunctae sunt, infra tractabo.

(nominibus propriis) Asin. 689. Bacch. 933. Cist. *51. ac.*) Curc. *305 sq. iv. Men. *182. app. vi. Merc. *947. vf. Pers. 791. Rud. 160. Stich. 740 Ter. Ad. 268 sq. Hec. 856. Eun. *95. vf. Eun. 455 sq. Phorm. 233 sq. — (aliis nominibus) Asin. 475 sq. Cist. 511. Curc. 98. Men. 137. Mil. 1055. 1330. Pers. *278 vid. p. 49. Pers. 789. frgg. v. 249. Ter. Phorm. 287.

b. Si nomen, quod alio adposito definitur, non est nomen proprium, utra vox primaria sit, utra apposita non ubique satis certo constat, sed plerumque illud, quod priorem locum obtinet, pro voce primaria est habendum.**) Amph. 269. 756. Asin. 139. 172. 347 sq. 564 sq. Aul. 702 sq. 807. 815. Bacch. 467. 492 sq. 573 sq. 645. Capt. 1016. Cas. 257 sq. 581. 625 sq. 673 sq. Cist. 97 sq. 131. 171 sq. 455. 535. Curc. 199. 334. 490 sqq. 676. Epid. 164. 488 sq. Men. 18 sq. 541 sq. Merc. 44. Mil. 27. 134 sq. 440. 467. 549. 787. 817. 901. 917. 1410. Most. 48. 1066. Poen. 75 sq. 96 sq. 506 sq. 559. 1293. Pseud. *56. vf. 132. 196 sq. 596. 618. 896 sq. 1172. Rud. 42. 451. 592. 848 sq. Stich. *158. vf. 490. Trin. 111. 113. 351. 1138 sq. Truc. 562. 579. 712. 789 sq. Ter. Ad. 347. 545. 779. 870 sq. 974. Andr. 428. 650 sq. Heaut. 521 sq. 526 sq. Eun. 79. 203 sq. 356 sq. Phorm. 199. Certius autem perspicitur, quae vox sit apposita, si ratio, quae est inter appositionem et praedicatum, magis elucet.

c. appositionibus comparationis particula addita est:

---

*) Loci, in quibus appositio voci primariae anteponitur, stellula notavi; litterae numeris ascriptae causam mutati ordinis significant: vf = nomen proprium ponitur in *v*ersus *f*ine; vi = in *v*ersus *i*nitio; ef = in *e*nuntiati *f*ine; ei = in *e*nuntiati *i*nitio; ac = *a*nte *c*aesuram; pc = *p*ost *c*aesuram.

**) Vide infra p. 43. Cf. Prop. I. 16. 7 sq.

Et mihi non desunt turpes pendere corollae
Semper et *exclusi signa* iacere *faces*.

ubi *faces* verbum pro primario, *signa* pro apposito est habendum, quod *faces* et *corollae* notiones inter se aequales sunt et sententia melius finitur. Cf. Tac. hist. I. 15. 22 sq. „inrumpet adulatio, blanditia et — pessimum veri adfectus venenum — sua cuique utilitas" et quae Wolffius adnotavit.

quasi: Amph. *159 sq.*) 319. Asin. 209 sq. 796. Aul. 72 sq. 242. 566. [Capt. 22.] Capt. 77. 480. 489. 912ª. Cas. 126 sq. 139 sq. 845 sq. *929. ac:

Ita quasi saetis labra míhi conpungit bárba † † †.

Quem versum mutilum esse censet Schoellius et complet his verbis *haud secus quam vir si esset.*

Epid. 711. Men. 231. Merc. *275. Mil. 17 sq. 67. 268. 389 sq. *1225. 1399. Most. 767 sq. Persa *11. 26. Poen. 31. 486 sq. 753. 834 sq. 1033 sq. 1298. 1354. Pseud. 371. Rud. *588. 660. 731 sq.

Rud. *842 sq. vi: Quid ego quasi canem
Hominem insectarer lapidibus?

Rud. 1289 sq. Stich. 549. 552.

Stich. *648. vf: . . quasi nix tabescit dies.

Stich. 722. Trin. 30 sq.

Trin. *835. vf: Ita iam quasi canes, haud secus circumstant navem turbine venti:

circumstant *Ritschelius* circumstabant *libri* turbine *Hermannus* turbines *libri* venti *Camerarius*: atque ita *A* venit *ceteri.*

Trin. 888. Truc. 268. 337 sq. [392 sq.] frgg. v. 5. Ter. Ad. 536 sq. Eun. 1024. Phorm. 71 sq.

tanquam: Cas. 437 sq. Curc. 637sq. Mil. 984. frgg. v. 292. Ter. Ad. *414 sqq. pc: . . denique
Inspicere tamquam in speculum in vitas omnium
Jubeo atque ex aliis sumere exemplum sibi.

Ad. *428 sq. pc: Postremo tamquam in speculum in patinas, Demea,
Inspicere iubeo et moneo quid facto usus sit.

ut: Asin. *713, Curc. 449 sq. Pseud. 382. [674.] Truc. 908. frgg. v. 283.

d. Ceterae appositiones praedicativae sunt hae:

α. appositione causa exprimitur:

Asin. *147. 386 sq. Aul. 469. Bacch. *1156. Cist. 150 sq. Mil. 1041 sq. Merc. 612. Rud. 906. Ter. Ad. 567 sq. Andr. 112. Heaut. 419. 991 sq.

*) De locis stellula notatis, in quibus causa ordinis mutati omittitur, vide infra p. 49.

β. appositio opponitur praedicato:
Asin. 71 sq. 862 sq. Bacch. 560. Men. *374. 1101. Mil. 966. 1328. Pers. 595. Poen. 1110. Pseud. 1103. [Amph. 542.] Saepissime haec ratio inter nomen appositum et praedicatum intercedit in indignationis interrogationibus vel exclamationibus: Amph. 565. Asin. 477 sq. Aul. 325 sq. Men. 408 sq. 494 sq. Merc. 951. Mil. 923 sq. Most. 15. Pseud. 290. 472. Alia ratio subest in Amph. 41—45. 694 sq. Ter. Eun. 591. Hec. 231. Phorm. 1040 sq.

γ. appositione tempus exprimitur:
Asin. 703. Bacch. 342 sq. 460. Capt. 8. *630. 644. Capt. *876. vf: Qui tibi subrupuit quadrimum puerum filiolum tuom. Capt. 981 sq. 991 sq. 1012 sq. Cist. 156 sq. 176. Curc. 528. Poen. 64—66. Stich. *161. Ter. Ad. 563.

δ. appositione condicio exprimitur:
Amph. 179. 635.
Amph. *188. app. vi: Victores victis hostibus legiones reveniunt domum.
Amph. *929 sq. app. ei. ac:
Juben mi ire comites? Ju. Sanan es? Al. Si non iubes,
Jubeo egomet: comitem mihi pudicitiam aufero.
iubeo *Loewe-Goetz* ibi *libri* aufero *Loewe-Goetz* duxero *libri*.
Asin. 77. 415. 511. 704. Aul. 230 sq. Capt. 116. 147. Cas. 90. 109. 143. 221. Merc. 404. *737. 972 sq. Mil. 823 sq. 910. 952. Poen. 277 sq. 443 sq. Pseud. 322. 907. Rud. 1038. Stich. 2^a sq. 104 sq. 326. 491. *661. ac. Trin. *1051. ac. 1110. Mil. *55 sqq. 285. *1210. Pseud. *601. Rud. *501. *505 sq. *508 sq. Trin. *1013. Truc. *842. Ter. Ad. *199. *347. pc. Andr. 810. Hec. 9. Heaut. 150. Eun. 286. Phorm. *261 sq. *792 sq. 843.

ε. appositione consilium exprimitur:
Amph. *68. vf: Ut is in cavea pignus capiantur togae.
Cas.*887. pc. app. vi: Inlecebram stupri principio eam savium posco
Cist. 201. Curc. 439 sqq. Epid. 140.
Epid. *357 sq. app. vf: . . . Nunc cautorem
Dedit mi ad hanc rem Apoecidem — is apud forum manet me —
Qui recte caveat.

Merc. *201 sq. cf: Occucurri atque interpello: matri te ancillam tuae
Emisse illam.
Merc. 210 sq. 261.
Merc. *350. vf: .. ut putet matri ancillam emptam esse illam.
Merc. *413 sq. app. vi: .. ego emero matri tuae
Ancillam viraginem aliquam non malam, forma mala,
Pseud. 907. Rud. 770. Trin. 778 sq. 1025. Truc. *859. 893.
Truc. *900 app. vi: Supplicium ad te hanc minam fero auri:
ad te hanc *Camerarius* archanc *B* adhanc *C*.

ζ. appositione eventus exprimitur:
Trin. 109 sq. 374. Poen. 1059. Rud. 791.*)

η. appositione iudicium exprimitur:
Asin. 934. Bacch. 1095. Cas. 150 sqq. 592. [Pers. 269 sq.] Most. 886ᵇ. Rud. 748. Ter. Phorm. 601.

Nonnullis locis legitimum verborum ordinem ideo mutatum esse apparet, ut appositum nomen in loco insigni vel versus vel enuntiati poneretur. Itaque legem illam supra scriptam in hanc formam redigimus:

Iusta appositionis collocatio neglegi potest, si vox primaria vel apposita in ordinis metrici fine vel initio, quocum saepius sententiae incisio convenit, ponitur.

Quod addidi *vel apposita* ad eos maxime locos pertinet, ubi pronomen est vox primaria; sed de eis dicam infra p. 49.

§ 4. Interdum Plautus utramque notionem et primariam et appositam in illis insignibus locis versus vel enuntiati ponit.

a. Vox primaria in initio, vox apposita in fine versus ponuntur: Capt. 644. Cist. 172. Epid. 508. Poen. 1110. 1133. Pseud. 371. Rud. 906. Truc. 562.

b. Vox primaria in initio, vox apposita in fine enuntiati ponuntur: Amph. 694 sq. Capt. 644. Curc. 406. Pers. 247.

*) Cf. Kühner Lat. Gramm. II. p. 185.

Poen. 486 sq. 996 sq. 1110. Pseud. 371. Rud. 906; in nonnullis locis particula modo aliqua ante vocem primariam posita est: Bacch. 467. Epid. 488 sq. Mil. 14 sq. Most. 1066. Andr. 428. Huc accedunt multi loci, in quibus verbum finitum inter vocem primariam et appositam interponitur, ut Aul. 566. Cist. 97 sq. Pseud. 382. Truc. 789 sq. Ad. 536 sq. Andr. 650 sq. Eun. 79. Phorm. 71 sq. 199.

c. Vox apposita in versus initio, vox primaria in fine ponuntur: Bacch. 243. Curc. 636. Epid. 434. Most. 130. Poen. 758. Conferas etiam Pseud. 998 sq. Trin. 435 sq. Ad. 199.

d. Vox apposita in enuntiati initio, vox primaria in fine ponuntur: Aul. 804. Bacch. 243. 390. Curc. 582. 636. Most. 130. Poen. 1123 sq. Pseud. 636. Stich. 648. Truc. 499 sq. Ad. 199. Phorm. 862; in nonnullis locis unum modo vocabulum ante vocem appositam ponitur, ut Bacch. 391. Men. 231. Merc. 670. Pseud. 290. Trin. 835.

e. Vox apposita in initio versus et vox primaria in initio insequentis versus ponuntur: Amph. 950 sq. Poen. 1122 sq.

f. Vox apposita in fine versus et primaria vox in fine insequentis versus ponuntur: Poen. 1042 sq. Rud. 842 sq. Trin. 875 sq. Heaut. 4 sq.

g. Vox apposita in versus fine et vox primaria in insequentis versus initio: Mil. 416 sq. Pseud. 626 sq. Rud. 842 sq. Trin. 602 sq. Truc. 669 sq.

h. Vox apposita in versus fine et vox primaria ante insequentis versus caesuram: Epid. 357 sq. Capt. 872 sq. vox primaria post caesuram: Poen. 1050 sq.

i. Vox apposita in versus initio et vox primaria post eius versus caesuram: Amph. 188. Cas. 887.

§ 5. Sed cum huiusmodi collocationes verborum eo consilio a poeta adhibeantur, ut notiones primariae et appositae distinguantur, interdum eae artius inter se coniunguntur his modis: *)

---

*) De ea appositionis collocatione egerunt Kiesslingius ad Hor. ep. 14. 7 et epp. I. 18. 104. et Kuehnerus Lat. Gramm. II. 1068 § 246 e.

a. Inter notionis **primariae** partes appositio inseritur:
Capt. 1016. .. adduxtin illum huius filium captivom?
h. e. illum captivom, huius filium.
Epid. 704. Et eo argento illam me emisse amicam fili fidicinam
Cf. Amph. 782. Aut pol haec praestigiatrix multo mulier maxumast.
h. e. haec mulier multo maxima praestigiatrix est.
Mil. 550. Quoi me custodem erus addidit miles meus.*)

b. Inter notionis **appositae** partes vox primaria inseritur:
Cas. 238. Ut te bonus Mercurius perdat myropola, quia haec mihi dedisti.
Cas. 646. .. Quid vis, mea tu ancilla?
MEATVANCILLA *A* mea ancilla *B*.
Rud. 463. .. mea tu belliata:
Merc. 834. .. familiai Lar pater.
Rud. 544. Totam Siciliam devoraturum insulam.
Stich. 161. Atque illa puerum me gestavit parvolum,
Mil. 55 sq. Quid tibi ego dicam, quod omnes mortales sciunt,
Pyrgopolinicem te unum in terra vivere
Virtute et forma et factis invictissumum?
Mil. 1210. .. quia ero te carendumst optumo,
Ad. 7. Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.
Eun. 228 sq. .. hic quidem est parasitus Gnatho
Militis: **)

Pronomen possessivum, quod ad appositionem pertinet, cum nomine proprio ponitur in his locis:

α) Verba ponuntur hoc ordine: *tua Bromia ancilla.* ***)

---

*) Prop. V. 1. 12.

**) Prop. IV. 16 (17). 25. IV. 22. 24. V. 6. 43 (murorum Romulus augur). V. 8. 24. V. 9. 3. Tib. IV. 2. 18. Soph. Ai. 817. Cic. Tusc. V. 2. 5 (O vitae philosophia dux).

***) Confer Brixii adnotationem ad Capt. 875. et Ussingii ad Amph. 1093; Madvigius (opusc. I. p. 170) ex Cicerone haec exempla affert: Cluent. 8. 25 eius Lucium filium. Arch. 3. 6 eius Pio filio. Brut. 26. 98 cuius Caio filio. Ussingius his locis addit de nat. deor. III. 15. 39 eius Palaemonem filium.

Amph. 1077 tua Bromia ancilla; Bacch. 346 meus Mnesilochus filius; 830 idem; Capt. 875 tuom Stalagmum servom; Cas. 762 nostro Olympioni vilico; Cist. 369 mei Lampadisci servi; Merc. 690 tuam Alcumenam pelicem. Qui verborum ordo habet aliquem misericordiae atque familiaritatis affectum*), atque interdum (Capt. 875. Cas. 762. Merc. 690) cum ironia quadam etiam ad malivolentiam exprimendam adhibetur. Minus huc pertinent:

Trin. 1055. Meus est hic quidem Stasimus servos.

Poen. 170. Tuos Collabiscus nunc in urbest vilicus:**)

β. Verba ponuntur hoc ordine: *gnato Lesbonico . . . meo* Trin. 1140. Truc. 405 sq. Stich. 680 (conservo Sagarino meo); huc pertinet etiam

Poen. 154. At ego hanc vicinam dico Adelphasium meam,

---

*) Contra legitimus verborum ordo *Demipho dominus meus* (Cist. 433) accurati et lati sermonis est et ab eis usurpatur, qui primum inter se conveniunt (Cist. 433. Poen. 1058. Trin. 1151) vel qui personam quandam diligenter describere volunt, ut alterum quendum irritent (aemulus de puella Cas. 108), ut amori obsequantur (mulieres de amatoribus Pseud. 41. Most. 249. parasitus de genio Curc. 301. miles de meretrice Truc. 515), ut verbis vim tribuant (monentis verba Pseud. 898, affirmantis verba Amph. 612. Curc. 543), ut personam quandam ostentent (Pseud. 1009 in epistula; Rud. 897 ante aditum in scenam). In omnibus eis locis tribus exceptis ea coniunctio verborum in versus fine, in Pseud 1009 in versus initio, in Rud. 897 ante caesuram posita est. De Rud. 344sq. vide p. 38.

**) Pronominis collocationes, quae sunt in Poen. 170 et Stich. 680, aliis exemplis non probantur. Itaque nescio an erraverint Ritschelius, qui in Stich. v. 527 (ed. II. 1883. praef. p. XIII) ita scribendum esse coniecit: *Set eccum fratrem Pamphilippum [meum]* et Bothius, qui in frgg. v. 52 *ancillam Hedylium meam* proposuit. Minus offensionis praebet collocatio pronominis in his locis: Aul. 804. Nunc servom esse ubi dicam meum Strobilum non reperio: Merc. 670. Sed anum non video consequi nostram Syram.

Poen. 901 erus meus Agorastocles; Aul. 696 sq. Stich. 574. Ad. 462. Hec. 804.

Cas. 1014. Eaque nubet Euthynico nostro erili filio.

Aul. 473. Sed Megadorus meus adfinis eccum incedit a foro. Amph. 498. Bacch. 389. Pers. 248. Rud. 339.

cf. Men. 300. eram meam hanc Erotium.

Aul. 171. novisti hunc senem Euclionem ex proxumo pauperculum?

Capt. 827. sed ego cesso hunc Hegionem onerare laetitia senem?

Ter. Heaut. 180. Hunc Menedemum nostin nostrum vicinum?

§ 6. Venimus iam ad eos locos, in quibus duobus substantivis appositiones adiunguntur. Ubi iustus verborum ordo saepius non servatur, sed singula verba certis quibusdam rationibus variandae orationis causa varie disponuntur; ordinem verborum in quaque serie schemate proposito designavi.*)

a. *notio prim. I. not. prim. II. not. app. I. not. app. II.*

Asin. 172. *Par pari* datum *hostimentumst*, *opera* pro *pecunia.*

Bacch. 460. Hic *sodalis Pistoclero* iam *puer puero* fuit:

Capt. 1012 sq. . . is *te mihi*
Parvolum *peculiarem* parvolo *puero* dedit.

Mil. 17 sq. Quoius *tu legiones* difflavisti spiritu
Quasi *ventus folia* aut *paniculum* tectorium.

Stich. 104 sq. Nam *ego* ad *vos* nunc inperitus rerum et morum mulierum
Discipulus venio ad *magistras*:

Truc. 268. Iam hercle *ego* hic *te*, mulier, quasi *sus catulos* pedibus proteram.

frgg. v. 283. Et *ego te* conculcabo ut *sus catulos* suos.

Cf. etiam Pseud. 1142. . . Quia tute ipsus ipsum praesens praesentem vides.

Amph. 565. Tun me, verbero, audes erum ludificari?

b. *Not. prim. I. not. prim. II. not. app. II. not. app. I.*

Pseud. 382. Exossabo *ego illum* simulter itidem ut *murenam quoquos.*

Rud. 344 sq. Certe huc *Labrax* ad prandium vocavit *Plesidippum*,
Erum meum *erus* voster.

Cf. etiam Poen. 96 sq. Earum hic adulescens alteram efflictim perit
Suam sibi cognatam inprudens,

Merc. 873. Nam amicus tibi benevolenti advenio multum benevolens.

---

*) Apud Terentium huius generis exempla non inveni.

c. *Not. prim. I. not. app. I. not. prim. II. not. app. II.*

Asin. 751 sq. *Diabolus*, Glauci *filius*, *Cleaeretae*
Lenae dedit dono argenti viginti minas,

Cist. 341. *Juno filia* et *Saturnus patruus!* summus Juppiter!

Cf. etiam Asin. 499 sqq. Etiam hodie Periphanes Rhodo mercator dives
Absente ero solus mihi talentum argenti soli
Adnumeravit et credidit mihi neque deceptust in eo.

d. *not. prim. I. not. app. I. not. app. II. not. prim. II.*

Bacch. 174 sqq. Ne *Nicobulum* me sinas nostrum *senem*
Prius convenire quam *sodalem* viderim
Mnesilochi *Pistoclerum*, ...

Curc. 340 sqq. . . ibi ille interrogat
Ecquem in Epidauro *Lyconem tarpezitam* noverim.
Dico me novisse. „Quid? *lenonem Cappadocem?*“ Adnuo.

Pseud. 472. *Mihin domino servos tu* suscenses?

Stich. 371. Interibi *Epignomum* conspicio tuom *virum* et *servom Stichum*.

Stich. 431 sqq. Amicam ego habeo *Stephanium* hinc ex proxumo,
Tui fratris *ancillam*; eo condixi: symbolam
Ad cenam ad eius *conservom Sagarinum* feram.

Rud. 731 sq. *Vos* adeo, ubi ego innuero vobis, ni ei caput exoculassitis,
Quasi *murteta iuncis*, item ego *virgis* circumvinciam.

Trin. 898 sq. Hanc me iussit *Lesbonico* dare suo *gnato* epistulam,
Et item hanc alteram suo *amico Callicli* iussit dare.

In locis adhuc adscriptis transpositio alterius appositionis explicatione non eget. Magis autem offendere videtur, si prior appositio voci primariae anteponitur.

e. *not. app. I. not. prim. I. not. app. II. not. prim. II.*

Amph. 466 sqq. Iam ille illuc ad *erum* quom *Amphitruonem* advenerit,
Narrabit *servom* hinc sese a foribus *Sosiam*
Amovisse:

Epid. 126 sq. . . . advenientem peregre *erum Stratippoclem*
Inpertit salute *servos Epidicus*.

De causa mutati verborum ordinis disseram p. 48.

Pseud. 192sq. . . meque ut praedicet
Lenone ex *Ballione regem Jasonem.*

Collocatio verbi *lenonis* aptatur verbo *regis*; sed vide p. 47.

Pseud. 410sq. *Erum* eccum video huc senem *Simonem* una simul
Cum suo *vicino Calliphone* incedere.

senem Muellerus Pros. p. 500 addidit. Vide p. 41. adn.

Trin. 875sq. Meum *gnatum* hic quidem *Lesbonicum* quaerit et *amicum* meum,
Quoi ego liberosque bonaque conmendavi, *Calliclem.*

Ambae appositiones in versus insignibus locis ponuntur.

f. *not. app. I. not. prim. I. not. prim. II. not. app. II.*

Capt. 630. . . *Puerum te vidi puer.*

Appositiones in enuntiati initio et fine positae sunt.

Cf. Pers. 280. Servam operam, linguam liberam erus iussit med habere.

g. *not. app. I. not. app. II. not. prim. II. not. prim. I.*

Pseud. 998sq. *Miles lenoni Ballioni* epistulam
Conscriptam mittit *Polymachaeroplagides,*

Iocose verba *miles* et *leno* componuntur et gravioris momenti causa in initio ponuntur.

h. *not. app. I. not. app. II. not. prim. I. not. prim. II.*

Trin. 435sq. *Erum* atque *servom* plurumum Philto iubet
Salvere, *Lesbonicum* et *Stasimum.*

Vide p. 48.

i. Maiorem difficultatem habet

Curc. 429sq. *Miles Lyconi* in Epidauro hospes *hospiti*
Suo *Therapontigonus Platagidorus* plurumam
Salutem dicit.

Fleckeisenus *hospes,* quod in libris manuscriptis non legitur, addidit.

Alia exempla huius*) verborum ordinis *not. app. I. not. prim. II. not. app. II. not. prim. I.* apud Plautum non sunt. Neque vero Fleckeiseni coniectura apta esse mihi videtur,

---

*) Neque eum ordinem, quem Ritschelius in Pseud. Arg. II. 1 coniectura restituit: *Calidorus meretricem adulescens Phoenicium* apud Plautum inveni. Studemundus (apogr. cod. A) magna cum sagacitate ex codice Ambrosiano has litteras eruit CALIDORUSIVVENISᴍ.... Facile versus ita completur: Calidorus iuvenis mulierem Phoenicium.

Nam primum dubitari potest, num Plautus in tali substantivorum appositionibus definitorum concursu alteri complures appositiones adiunxerit, cum unum exemplum, quod in Plauti fabulis inveni, Pseud. 410 sq.*), non librorum auctoritate sed coniectura nitatur. Deinde verba *in Epidauro hospiti*, quae arte inter se cohaerent, substantivo *hospes* interposito incommode disiunguntur. Itaque cum scriptura tradita propter duplicem hiatum genuina non sit, ita scribam: *Miles Lyconi amico in Epidauro hospiti.*

7. Iam quaeramus, quibus rationibus uni voci primariae complures appositiones adiungantur. Quod fieri potest triplici modo. Nam appositiones aut complures totius primariae notionis explicationes praebent, aut partes notionis primariae significant, aut altera alteram excludunt. Itaque exempla, quae inveni, dividam in tria genera; sunt enim aut enumerativa aut distributiva aut disiunctiva.

A. Enumerativi generis apposita vulgo inter se non iunguntur. Sin autem iunguntur, apposita quasi in unam notionem coalescunt et sententia mutatur. Illud enim habet aliquid alacritatis, hoc gravitatis**). Coniunguntur autem apposita his particulis:

a. et: Cist. 338. [Curc. 628.] Pseud. 606. Rud. 1197 sq. [Stich. 372.] Stich. 651. Phorm. 35. 1048 sq.

b. atque: Cas. 477 sq. Pers. 506 sq. [Poen. 392 sqq.] Rud. 310. Trin. [48 sq.] 326. Eun. 327.

c. que: Asin. 654 sq. (dubie). Cas. 229.

d. — et — et —: Merc. 474 sq. Heaut. 875.

e. et — et —: Poen. 1032.

f. — que — que: Aul. 724 sq.

g. neque — neque —: Epid. 709.

---

*) Pseud. 410 sq. Erum eccum video huc senem Simonem una simul
Cum suo vicino Calliphone incedere.
huc senem Simonem una *Muellerus Pros. p. 500* huc simonem una *libri cum A.* Praeferam quod Ritschelius proposuit *huc meum Simonem una.* De pronominis collocatione cf. Aul. 804. Merc. 670.

**) Cf. Cas. 738 sq. .. Opsecro te,
Olympisce mi, mi pater, mi patrone.
Pseud. 606. Nam ego precator et patronus foribus processi foras.

		Exempla appositionis enumerativae			
		adlocutiones		ceterae appositiones	
		Not. prim. est nom. propr.	Not. prim. nom. appell.	Not. prim. nom. propr.	Not. prim. nom. appell.
Apposita inter se non iunguntur	ordo verborum est iustus	Asin. 691. Bacch. 933. Cas. 738 sq. Poen. 421. Stich. 583 sq. frg. v. 53sq. Eun. 1034 sq.	Asin. 132 sq. Cas. 837. Cas. 137 sq. Most. 39 sqq. Bacch. 27 sq. Pers. 406 sqq. 418-22. Poen. 365 sqq. 387 sqq. 392 sqq. 1310 sqq.	Most. 167. Trin. 359. Eun. 617. Andr. 717 sqq.	Epid. 299. (Men. 444) Most. 874 sq. Poen. 73 sq. 1094 sq. Rud. 2 sqq. Trin. 491 sq. Truc. 610 sq. Andr. 815 sq. Cas. 156sq. Rud. 49 sq. Ad. 188sq. Trin. 1022. Trin. 238 sqq.
	ordo verborum est iniustus	Poen. 1127. n. prop. inter ambas appositiones. Asin. 664sq. n. propr. post appositiones in versus initio. Rud. 1265 sq. } Cas. 134 sqq. } n. propr. in altero loco in versus fine.		Bacch. 261sq. pc. Poen. 154 sq. pc. Poen. 157 sq. vf. Ad. 465 sq. vf. Eun. 353 sq. vf. Phorm. 122sq. vf. } nomen proprium inter ambas appositiones. Men. 173. vf. Mil. 998. ef. Poen. 1123 sq. vi. Pseud. 410. pc. Pseud. 1140. pc. Curc. 429. v. infra } nomen proprium post appositiones.	Cas. 536. n. prim. post appositiones in versus initio. Cas. 796 sq. n. prim. post appositiones in versus et enuntiati fine.
Apposita inter se iunguntur	ordo verb. iustus		Rud. 310. Asin. 654 sq.	Cist. 338. (Stich. 372) Pers. 506 sq. Phorm. 1048 sq. Merc. 474 sq.	(Curc. 628) Trin. 326. (Poen. 1032). Aul. 724 sq.
	ordo iniustus	Trin. 48 sq. nomen proprium post appositiones in versus initio.		Stich. 651. Epid. 709. Phorm. 35. Eun. 327. Heaut. 875. } n. pr. in vers. fine post app.	

Unde elucet eum ordinem, qui rei naturae aptissimus est, ut vocem primariam appositiones sequantur, praeter adlocutiones, raro esse usurpatum. Causam autem nescio an inde petere debeamus, quod ea appositionum collocatio ieiuni est sermonis; quae ieiunitas in adlocutionibus pronuntiationis alacritate tollitur. Quae cum ita sint, iure dubitare possumus, num in eis locis, in quibus non est nomen proprium, notio primum locum obtinens sit vere primaria. Duo enim loci etiam aliis de causis dubitationem movent.

Cas. 536 sq. Sed eccum huc egreditur senati columen, praesidium popli,
Meus vicinus meo viro qui liberum praehibet locum.
huc *addidit Schoellius.*

Cas. 796 sq. Sed eccum progreditur cum corona et lampade
Meus socius compar, conmaritus, vilicus.

Apparet nomina, quae ultimis locis posita sunt, *vicinus* et *vilicus* diversa esse ab eis, quae praecedunt. Nam Cas. 536 sq. verba *senati columen* et *praesidium popli* cum ironia quadam pronunciata ad illam diversitatem spectant, quae interest inter turpes res, quas vicinus parat, et honestam in civitate condicionem, quam ille sibi vindicat. *Vicinus* autem simpliciter eum significat, qui progreditur.

Simili ratione verba *meus socius*, *compar*, *conmaritus* eam condicionem, qua vilicus ille tum utebatur, significant; *vilicus* est enuntiati subiectum.

Itaque verba *vicinus* et *vilicus* pro notionibus primariis, ea quae antecedunt pro appositione praedicativa, qua iudicium exprimitur, habeo. Huc accedit quod notiones primariae, cum altera in initio, altera in fine versus positae sint, propter collocationem nullam praebent offensionem.*)

In ceteris locis, in quibus vox primaria de primo loco recedit, regulam de versus et enuntiati locis insignibus supra

*) Cf. etiam. Pseud. 196 sq. Aliter autem res se habet
Merc. 612 .. *Quia aequalem et sodalem liberum civem enicas.*
ubi notio primaria *me* duobus substantivis expressa appositione *liberum civem* definitur. Appositio autem causam affert, cur illud facinus capital dicendum sit.

propositam valere perspicuum est. Quomodo autem id fiat in conspectu ipso attuli; ad quae supplenda addo haec:

Vox primaria si inter duas appositiones inseritur, si non in omnibus*), at tamen in plurimis locis aut in fine versus aut in initio ponitur; sin omnes appositiones praecedunt, constanter eos locos occupat. Tria tamen sunt exempla, quae huic legi videntur repugnare Curc. 429 sq. et Pseud. 410sq., de quibus supra dixi p. 40 sq. et Pseud. 1140**).

B. De appositionibus distributivis***) pauca dicenda sunt. Nam notio totum exprimens cum praecedit est primaria, cum sequitur est apposita. Per appositionem distributivam praegressae totius rei notioni partes eodem casu subiunguntur. Cui appositionum generi oppositae sunt eae, per quas partibus totum apponitur (appositio collectiva).

a. Saepius fit, ut nomini primario vel unum modo pronomen (quisquam, quisque, neuter, uterque) ad singulas partes significandas vel non omnes, sed una modo pars adiungantur. Quod duplici modo fieri potest. Nam aut pronomina *alter*, *uter*, *alius*, *aliquis* vel substantiva *pars*, *genus*, *numerus* apponuntur aut duo substantiva ea figura, quae vocatur *σχῆμα καθ' ὅλον καὶ μέρος*, iunguntur. Hic modus autem differt ab illo altero ea re, quod substantivum appositum per se significationem partiendi non habet, sed verborum coniunctione accipit. Sequntur exempla.

α. quisque, uterque, quisquam, neuter.

quisque: Capt. 501 (ubi quisque vident). Curc. 180. [Epid. 210sq.] Epid. 212. 213sq. Most. 103. Poen. 106 sq. Rud. 980. Rud. 1252. Heaut. 126 sq.

uterque: Amph. 223. Bacch. 755. Cas. 50. 371. Curc. 187. Epid. 259. 719. Men. 186. 1105. Trin. 623 sq. Ad. 130. Eun. 1022.

quisquam: Amph. 1071. 1099. Ad. 27 sq.

neuter: Men. 785.

β. uter, aliquis, alter, alius.

uter: Men. 779. 1119. Stich. 700.

---

*) N. propr. non exstat in versus loco insigni Poen. 154sq. 1127. Bacch. 261 sq.

**) Nomen propr. post caesuram positum est.

***) Cf. Haase Vorlesgg. I. p. 145, Kühner II. p. 187.

aliquis: Epid. 399. Men. 674. Merc. 130. 908 sq. Stich. 67. Pseud. 1284. Ad. 634.

alter: Cas. 50 sq. Pseud. 1260.

alius: [Rud. 10.] Curc. 378. Stich. 370.

γ. pars, genus, numerus.

pars: Most. 114 sq. Trin. 34 sq. Truc. 109.

Capt. 232. Nam fere maxuma pars morem hunc homines habent.

Ussingius versum spurium esse censet; Schaafius (de genet. usu Plaut. p. 16. diss. Hal. 1881) inepte defendit. Tradita lectio non comprobatur nisi uno exemplo:

Epid. 213 sq. Tum meretricum numerus tantus, quantum in urbe omni fuit,
Obviam ornatae occurrebant suis quaeque ibi amatoribus:

quaeque ibi *Mueller Nachtr. p. 125.* quaeque *libri.*
Schoellius recte scribit *Nam fere morem hunc homines habent.*

genus: Poen. 833 sq. .. qui habet quod det, utut homost,
Omnia genera recipiuntur:

utut homo est *Gulielmus* ut homo est *libri.*

numerus: Epid. 213 sq. vide supra.

δ. σχῆμα καθ' ὅλον καὶ μέρος.

Cas. 337. Quis mihi subveniet tergo aut capiti aut cruribus?

Cist. 474. .. Utrum hac me feriam an ab laeva latus?

Men. 858 sq. .. securim capiam ancipitem atque hunc senem —:
Osse fini dedolabo assulatim viscera.

Post senem *anacoluthon statuit Gronovius: scilicet caedendi verbum gestu Menaechmus poppysmoque supplet.* Senemosse fini dedolabo *B.*

Mil. 204. Dextera digitis rationem conputat:

Lorenzius *dextera* false pro nominativo, Brixius recte pro ablativo habet.

Most. 730 sq. Vino et victu probo, piscatu electili
Vitam colitis.

victu probo piscatu *Gulielmus* piscatu probo *libri.*

Pers. 630 sq. .. Ut mihi
Mater dixit, in culina, in angulo ad laevam manum.

b. Omnes partes distributivae appositionis afferuntur;

α) coniungendi deest particula:

alter-alter: Asin. 618. Poen. 83 sqq. Truc. 770 sqq. Rud. 808. ceteri loci: Amph. 41 sqq. 1055. †1132 sq.*) Asin. †198. Bacch. 87 sq.

*) Loci cruce notati praebent exempla appositionis collectivae.

†255 sq. †Curc. 124 sq. Merc. 845 sq. 847 sqq. Mil. 250 sq. 373. 1154 sq. Pers. †57 sq. 637. Poen. †265 sq. †1271. †1401. Pseud. 125 sq. 427 sqq. 579 sq. Trin. †251 sqq. †285 sq. 1021 sq. Ad. 130 sq. 302 sq. 884 sq. 906. Andr. 260 sqq. Eun. 59 sqq. 256 sq. Heaut. 193 sq. 232 sq. 877. Phorm. 65 sq. 248 sq. Ad. †213. Heaut. †142 sqq.

β) appositionis voces inter se coniunguntur:

et: Cist. 143 sq. Cist. †555. Epid. 344 sq. Poen. 183 sq. †210 sq. Pseud. 5 sq. Stich. †5. 506 sq. 679 sq. [Trin. 1147 sq.] — Infinitivi*) appositionis loco ponuntur Rud. 1321. Trin. 259. — Ad. 904 sq. Andr. 32 sqq. Eun. 840. Heaut. 189. †498 sq.

atque: Aul. 275. 412. Cas. 371. Cist. 2 sq. Mil. †1147 sq. Most. †775 sq. Rud. 33 sq. 72. †546. Trin. 1074 sq. Phorm. 687.

que et: Asin. 283.

Plures quam duae voces cum appositione *continentur* vario modo inter se copulantur. Cf. Trin. 272 sq. Pseud. 691. Cas. 358 sq. Merc. 18 sq. Cist. 337. Merc. 24—28. frgg. v. 246 sqq.

et — et —: Amph. 39 sq. 111. 974. Aul. 451. Capt. 750. Cist. 36 sq. 54 sq. Curc. 296 sq. [Mil. 427 sq.] Most. 79 sq. 630 sq. 1047. Poen. 88. 162. 1333. Rud. †396. 825. Stich. 515. Trin. †461 sq. Cf. Cist. 147. Mil. 150 sq. Truc. 157 sq.

— que — que: Cas. 50 sq. cf. Merc. 830.

qua — qua —: Men. †666. (ex Fleckeiseni coniectura.) Mil. 1392.

nec — nec —: Curc. 402 sq. Heaut. 140 sq.

neque — neque —: Eun. 147 sq.

C. Neque de appositionis disiunctivae collocatione multa dicenda sunt. Nam legitima ea est praeter unum locum: Aul. 85 sq. Mirum quin tua me causa faciat Juppiter Philippum regem aut Dareum, trivenefica. **)

Exempla appositionis disiunctivae sunt haec:

aut: Aul. 86. Mil. 17 sq. Pers. 339. Trin. 628 sq. Andr. 83 sq.

---

*) Infinitivum appositionalem in hac dissertatione non tractavi; de quo vide Votsch, Quaestiones de infinitivi usu Plautino. (dissertt. Halens. vol. II. 1876) p. 64.

**) Vide p. 48.

aut—aut—: Merc. 413 sqq. Mil. 1067 sq. Trin. 598 sq. Andr. †333 sq.
—aut—aut—: Cas. 337. Truc. 33.
aut—aut—aut: Phorm. 243 sq. Andr. 56 sq. cf. frgg. v. 102 sq.
vel—vel—vel —: Andr. 904 sq.
vel—vel—: Men. 690 sq. Poen. 1382.
seu—sive—: Merc. 1017 sq. cf. Amph. 1048 sq.
modo—modo—modo—: Men. †75 sq.
Merc. 645 sqq. Sed quam capiam civitatem cogito potissumum: Megares, Eretriam, Corinthum, Chalcidem, Cretam, Cyprum, Sicyonem, Cnidum, Zacynthum, Lesbumne an Boeotiam.

§ 8. Nonnulla substantiva ante nomen proprium poni solent:

1. leno ubique duobus locis exceptis anteponitur. Curc. 233. 342. Poen. 187. 591. 742. Pseud. 193. 977. 998. 1140. 1155. Rud. 361.

Pers. 845. hic sine Dordalus est leno;

sic BCD. Ritschelius recte scripsit hicinest leno *verbo* Dordalus *omisso*.

Pseud. 597 sq. Septumas esse aedis a porta, ubi ille habitet leno, quoi iussit
Symbolum me ferre et hoc argentum. nimis velim certum qui id mihi faciat,
Ubi Ballio leno hic habitet.

qui id mihi faciat *C* quid mihi faciat *BD. In A haec servata sunt*
SYMBOLUM ____________ N imisu ELI~
______ QUIDMIK ________ BITAT

Lacuna quae est inter *quidmik* et *bitat* litteras ex Studemundi apographo minor esse videtur, quam ut *i faciat Ballion leno ubi hic ha* (sic libri) apte inseri possint; omisso autem *leno* verbo spatium illud bene completur. Fortasse versus ita complendi sunt:
Symbolum me ferre et hoc argentum debitum animi causa ut esset sibi
Meretrix: nimis velim certum qui id mihi faciat Ballio num hic habitet.

2) Rex vulgo nomini proprio nullo verbo interposito praemittitur: rex Creo Amph. 351. rex Philippus Aul. 704. regis Philippi Pers. 339. rex Seleucus Mil. 75. regi Antiocho Poen. 694. regem Attalum Poen. 664. regem Jasonem Pseud 193. regem Pterelam Amph. 252. 415. regemque Pterelam Amph. 746. Pterela rex Amph. 261. v. i. 413. 419, qui ordo

metro debetur. Verbum *rex* a nomine proprio disiungitur in Amph. 194. Regique Thebano Creoni regnum stabilivit suom.

quem versum Kiesslingius (Anal. Plaut. p. 13.) delet.

Amph. 261. Qui Pterela potitare rex est solitus. haec sic dicam erae.

potitare *excerpta Palatina* potare *ex* positare *ras. D* potare *B* rex est solitus *Bothe* rex solitus est *libri.* Fortasse legendum est: Qui Pterela rex est potitare solitus.

Postponitur nomen *rex* in his locis:

Aul. 86. Philippum regem aut Dareum, trivenefica.

Cum *regem* ad utrumque nomen proprium pertineat, collocatio nihil offensionis praebet.

Mil. 948. Nam ego hodie ad Seleucum regem misi parasitum meum,

3. S e r v u s vulgo nomini proprio praeponitur; postpositum certae cuiusdam significationis vel gravioris auctoritatis est. De verborum ordine, qui est in Capt. 875 et Cist. 368 vide p. 37, de Amph. 612. Pseud. 898. Rud. 897 videas adnotationem priorem paginae 37.

Trin. 1055. Meus est hic quidem Stasimus servos.

Consulto verba *meus* et *servos* in initio et fine enuntiati ponuntur, nam Charmides ille senex valde miratur, quod suus ipsius sit servos, qui tam bene mores corruptos conqueratur.

Poen. 821 sq. Attat, e fano recipere video se Syncerastum, Lenonis servom.

Eun. 267 sq. Sed Parmenonem ante ostium Thaidis tristem video, Rivalis servom: salva res.

Eun. 570 sq. Neque is deductus etiam dum ad eam. summonuit me Parmeno

Ibi servos, quod ego arripui.

4. Postremo de verbo n o m e n dicam. Plautus enim in his elocutionibus *nomen mihi est*, *datur*, *inditum est* e. s. certam legem secutus verba disposuit. N o m e n p r o p r i u m e n i m s i d a t i v o c a s u p o n i t u r, n u n q u a m i n t e r p o s i t o d a t i v o p e r s o n a e v e l r e i, c u i n o m e n t r i b u i t u r, a v o c a b u l o *nomen* d i s i u n g i t u r; s i n n o m i n a t i v o p o n i t u r s e m p e r i n t e r p o n i t u r d a t i v u s. Itaque dixit *mihi nomen Mercurio*: cf. Amph. 332. Bacch. 945.

Capt. 820. Men. 263. 1107. Trin. prol. 8. 843. Asin. prol. 10 huic nomen graece Onagost fabulae; Trin. prol. 18 Huic graece nomen est Thensauro fabulae; quem locum Plauti esse Ritschelius negat. — *nomen Mercurio mihi*: Amph. prol. 19. Rud. prol. 5. Capt. 69. Men. 77 sq. — *mihi Mercurio nomen*: Bacch. 704. Cist. 152. Men. 297. 1068. 1096. Poen. prol. 92. Rud. 934. — *Mercurio nomen mihi*: Capt. 726. vi. Men. 1126. ac. Stich. 174. vi — *nomen mihi Mercurius*: Aul. 164.*) Truc. prol. 12.

Rud. 32 sq. Primumdum huic esse nomen urbi Diphilus
Cyrenas voluit. — *Mercurius mihi nomen*: Mil. prol. 86. Trin. 889.**) — sed scribere non potuit Plautus ea, quae scripta sunt

Men. 42 sq. Illius nomen indit illi qui domist,
Menaechmo, idem quod alteri nomen fuit.

Itaque iis assentior, qui hunc versum ut spurium secluserunt (Cf. ed. Ritschel.² 1889).***) Apud Terentium unus modo locus invenitur:

Hec. 1. Hecyrae huice nomen fabulaest:

§ 9. Restat ut de p r o n o m i n i b u s, quae appositione definita sunt, dicamus. Formas primae et secundae personae praecipue breves, ut *me* et *te*, Plautus saepissime appositioni postponit. Confer Amph. 159 sq. (quasi incudem me miserum.) Merc. 275 (me) app. vi. Mil. 1225 (eum) app. pc. Pers. 11 (me). Rud. 588 (nobis) app. vi. Asin. 712 (mi). Asin 147 (tu) app. ei. Men. 373 (me). Phorm. 1017 sq. (eam) app. vf. Bacch. 1156

*) Aul. 164. Quid dubitas, quin sit paratum nomen puero Postumus? Falso coniecit Beckerus (Studemundi stud. in prisc. scrpt. lat. vol. I. fasc. I. p. 170) Postumo.

**) Prax, id est nomen. mihi (Pax *libri* Prax *Niemeyerus*). Qui locus ob *id* insertum non magis huc pertinet, quam Ter. Andr. 85 sq. *nam Andriae Illi id erat nomen.* scil. Chrysis. Quem locum Beckerus errore *id* omisso p. 170 ceteris addidit.

***) Neque ea, quae Ritschelius (praef. Stichi ed. prior. 1850. p. XVIII) Mil. v. 87 substituere vult:

Ei Militi esse glorioso fabulae
Nomen poeta voluit vorsae barbare.

cum sermone Plautino congruunt.

(tibi). Epid. 635 (*te* inter duas appositiones). Merc. 59 (me) app. vi. ei. 737 (mihi) app. ac. Mil. 55 sq. (te) app. vi. Mil. 1210 (te). Pers. 208 (te) app. vi. 278 (tu). Pseud. 601 (haec) app. ei. Rud. 501 (te) app. vi. ei. 506 (te) app. vi. 508 (tuam) app. vi. ei. Trin. 1013 (te). Truc. 842 (te) app. vi. ei. Ad. 199 (mihi) app. vi. ei. Phorm. 792 sq. (me) app. ei. 261 (me) app. vi. Quibus ex locis elucet plerumque vocem appositam pronomine postposito in versus vel enuntiati loco insigni poni.

Metathesis quae vocatur, qua apposita vox in enuntiatum relativum transponitur, non adhibetur Cist. 151. Capt. 147. Epid. 358 sq. Men. 900 sq. Mil. 1191. Rud. 906 sq; contra adhibetur illa transpositio:

Aul. 95sqq. Cultrum, securim, pistillum, mortarium,
Quae utenda vasa semper vicini rogant,
Fures venisse atque abstulisse dicito.

Asin. 420 sq. 862 sq. Curc. 433. Cas. 258. Merc. 100 sq. Pseud. 1103. Truc. 275.

Haec habui quae dicerem de appositionis apud Plautum et Terentium collocatione. Sed ut paucis verbis Plautum et Terentium inter se comparemus, primum Plautum multo saepius appositione usum esse quam Terentium apparet. Quod bene ex eo intelligitur, quod Plautus sermonem vulgarem imitatus copiosius dicit, Terentius eleganti eloquendi genere et temperato eruditorum usus nihil superflui habet. Quod ad collocationem attinet, Plautus et Terentius fere eodem modo metro vel sententia commoti vulgarem verborum ordinem neglexerunt.

Vita.

Natus sum Carolus Ludovicus Guilelmus Asmus pridie kal. Nov. a. MDCCCLXVI. in vico prope Quedlinburgam sito, cui nomen est Neinstedt, patre Guilelmo, matre Luisa e gente Wiebeck, quos superstites esse valde gaudeo. Fidem profiteor evangelicam. Primis litterarum elementis domi imbutus, puer undecim annorum gymnasium Quedlinburgense adii, ubi usque ad autumnum anni MDCCCLXXXVI. optimorum magistrorum Dihle, cuius auspiciis gymnasium nunc etiam floret, Hedicke, Hynitzsch, Anz, Birker†, Kohl† disciplina usus sum. Maturitatis examine superato in numerum civium academicorum adscriptus Tubingae per ter sex menses, deinde Halis per triennium studiis philologicis et theologicis operam dedi. Die XXIII. m. Martii examen rigorosum sustinui.

Docuerunt me Tubingae viri clarissimi Crusius, Kugler, Schwabe, Sigwart, Halis viri doctissimi ab Arnim, Baethgen, Beyschlag, Dittenberger, B. Erdmann, Geldner, Gering, Haupt, Haym, Heydemann†, Hiller†, Kautzsch, Keil, Koestlin, A. Mueller, Schum. Benigne permiserunt Keil, Hiller, Dittenberger, ut seminario philologico, Haym, ut exercitationibus philosophicis, Kautzsch, ut exegeticis veteris testamenti, ab Arnim, ut metricis interessem.

Quibus omnibus viris optime de me meritis summam semper habebo gratiam.

Sententiae controversae.

I.

Plaut. Epid. 709 legendum esse puto:
Neque malo homini neque, ere, ignoto, tuo dedi Stratippocli.

II.

Non est, quod Lachmannum secuti Properti librum alterum in duos dividamus.

III.

In Properti libri III. carmine 3. versus 8. et 12. transponendi sunt.

IV.

In veteris testamenti libris historicis fons Elohistae recentior est quam Iahvistae.


JAN 28



